

PETRI NANNII ALCMARIANI
IN COLLEGIO BVSLIDIANO LATINI
PROFESSORIS, IN CANTICA
CANTICORVM PARAPHRASES
ET SCHOLIA.



L O V A N I I


Ex officina typographica Stephani Gualtheri
& Ioannis Batenii Typogr. Iurat.
Anno Domini 1554.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

PETRI NANNI ALGARANI
IMPRIMATUR
1774
CATTOLICVS
ET

CAutum Cæsareo mandato, ne quis hunc
Librum aut imprimat, aut vendat intra
proximum quadriennium præter Stephanum
Gualtheri Typog. Iurat.

Datum Bruxellis vltimo Augusti,
Subsig. per Philippum de Lens.



EX OFFICINA TYPOGRAPHICÆ STEPHANI GUALTHERI
& IOHANNIS BASTONI TYPOGRAPHI
ANNO DOMINI 1774
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

SERENISSIMIS ET
POTENTISSIMIS PRINCIPIBUS
PHILIPPO ET MARIAE REGIBUS ANGLIAE,
FRANCIAE, NEAPOLIS, HIERUSALEM,
HIBERNIAE, &c.



VVM vulgo persuasum sit nuptias diuina pro-
uidentia conciliari, nusquã tamẽ id euidẽtiũs,
quã in vestro coniugio patuit. Omnia enim
quã istis nuptiis, & magna, & multa obstare
videbãtur, paulatim Deus è medio sustulit, nõ permittẽs
sua decreta humanis cõsiliis impediri, quo minũs in vnũ
thalamum conuenirent duo diuersis rebus spectatissima
ingenia: quorũ alterũ cõtinaua fœlicitas, & licentia omniũ
rerũ nõ deprauauit, alterũ aduersitates perpetuis periculis
infestã nunquã vel tantillũ à virtute deflexerunt. Reser-
uauit igitur Deus alterũ alteri, vt vterq; in alterius virtuti-
bus, præmia suorum morũ reciperet, et matrimonii vinculo
coniungerẽtur, quos æqualis prope regnorũ amplitudo,
par vitæ integritas, sanguinis generisq; cõiunctio iã pridẽ
copularãt: adẽdõ vt exemplum Sarã vni Thobia cognato
suo reseruata, denuo nostris tẽporibus redintegratum vi-
deatur. Nuptiis igitur tam sanctis, & diuinitus procuratis
æquum est, vt qua quisque possit ope gratuletur. Nobis
proinde circumspectantibus, quid potissimũ ad thorũ tam
sanctũ pro gratulatione mitteretur, nihil oportunius vi-
sum est, quã epithalamicum carmen, quod Salomon
Christo, & Ecclesiã modulatus est, nõ poetico furore, sed
spiritu sancto plenus. Scripsere in hoc opus ex eorum nu-
mero, qui inter Græcos supersunt. Origenes Adamantius
& Gregorius Nyssenus. sed ex origine primũ tantum &



secundū caput incolume est, reliqua illius in hoc genere perierūt. Nysseni paraphrases integræ supersunt, quas videndas mihi præbuit vir triū linguarū peritissimus Franciscus Mendozius Cardinalis Burgēsis, sed libello nostro propemodū excuso, ferius fuit, q̄ vt inde quicq̄ excerpere liceret. Inter Latinos diuus Gregorius Romanus Pontifex, Cassiodorus, Ammonius, Bernardus, aliiq; cōplures, sed non æquè clari, quos ferè oēs euolui, vnde cunque captās, quod nostrū hoc quasi mellificium instrueret. Sed quod pace tātorum virorū dixerim, cum exiguo emolumento. Non quod eorū opera non eruditissima, & plena bonæ frugis essent, sed quod ad meum institutū parum congruerent. Mihi in animo erat, literā fideliter interpretari, & verbis literæ allegoriā attēperare, difficiliora vocabula exponere, allusiones historiarum, rerumq; naturalium annotare, antiquitatis obseruationes ascribere, & cū quadam verborum parsimonia paraphrasim contexere, ne gratia literæ, soniq; dulcedo familiaris christianis auribus sub mole luxurię; multarum rerū suffocaretur. Quibus rebus pleriq; eorum vel nullā, vel perquā tenuem operā impenderunt. Toti sunt in allegoriis, easq; ex iisdē verbis diuersissimas conficiunt, adeo vt quidā nō ineptè dixerit, Canticum canticorum esse primā materiā philosophorū, omnium formarum & allegoriarū capacē. atq; ideo fieri nō poterat, quin si vnū sequeris, à ceteris dissideas. Quod si nusquā ab eorū vestigiis discedere velles, necessum erat, vt intortis rerum temporumq; vicibus Christum describeres, subinde nasci, subinde crucifigi, & alicubi citius crucifigi, quàm nasci, nullo seruato historiæ ordine. Inter has difficultates & illud accedit, quod paraphrasim scribenti

decorum personarum tuendum sit. Non ille se spargere potest in varias opiniones, & nunc huius, nunc illius interpretis mentem allegare, nec autoritatibus multis sua constipare, ne nō tam personæ, quàm ipse loqui videantur. Deinde verba ita temperanda sunt, vt vtrobiq; & literæ & allegoriæ suus sensus constet, ambæq; res simul se lectori in oculos & in mentē ingerant. Quamobrē non audacia, sed necessitate coacti sumus in plerisq; eorū imitationē relinquere, vbi autē licuit, libenter eadē vestigia pressimus. Ante oīa mihi curæ fuit, vt sanctissimos amores sanctissimè tractarē, néve quid vel in paraphrasibus, vel in scholiis aspergerē, quod ad obscœnitatem trahi posset. Imò sicubi litera prophanius sonare videbatur, huius nuditati quasi Noe sine veste iacentis, velamē obtendimus. In scholiis autē, quia ibi liberiores esse licebat, translationes diuerfarum linguarum in vnum contulimus, locorumq; difficultiorum interpretationes citauimus: prorsus nihil omisimus, quod rebus difficillimis vllā opē adferre posset: non dissimulantes, si quid aliunde subsidii nacti essemus. Iam si de titulo quippiā dicēdū est, nō immerito Canticū canticorū inscribitur, quod nihil in hoc genere excellētius reperiatur. ac proinde tot pereuntib⁹ Salomonis carminib⁹, quę quinq; millia fuisse referuntur, solum hoc incolume remāsit. Si verò materiā personasq; respicias, bucolico carmini vel simillimum vel proximum esse videtur. Diuerbia enim pastorum colloquiis constant: de gregibus, fontibus, hortis, pascuis multa mentio, cætera amores redolēt, quod & ipsum bucolico carmini propriū est. Nihil enī in toto opere exegematicum, oīa dramatica sunt. Scena multiplex nō vnius loci aut temporis. Ipsa

colloquia & rerum vicissitudines, quum paria & fiant, & respondeantur, Amœbæi carminis indolem probè exprimunt. Quatuor in totum personæ, dilectus, dilecta, & vtriusque comites, sed quarta persona (quod & Horatius obseruauit) nunquã simul cum aliis loquitur. Quod si quæras secundum literam dilectus iste quis sit, citra omnem controuersiam responderi potest, Salomonem esse? cuius nomen disertè exprimitur. Dilectæ nomen tacetur, ac proinde multis coniecturis & diuinationibus iactatur. Sunt qui existiment Pharaonis esse filiam, leuissimo, vt mihi videtur, argumento ducti: nempe quod illam comparauerit curribus Pharaonis. Quod si ex tam futili re genus puellæ colligendum est, dicam illam Iudæam esse, quia illam Salomon Sunamitem appellat: dicam Syram vel Cylissam, quia illam ex monte Aman ad se deuocat: dicam postremo æthiopissam esse, quia ipsa fatetur se solis decoloratione denigratam esse. Mihi omnia, quæ huic puellæ attribuuntur, diligentius inspicienti opinio nascitur, Salomonem sub nomine dilectæ patriam suam Iudæam, dotisque eius & omnia eximia eius regionis celebrare voluisse. Quicquid enim præclarum est in montibus, nemoribus, herbis, floribus, arboribus eius prouinciæ in laudes suæ puellæ congerit. Mira interim abstinentia à rebus alienigenis: intacta relinquitur India, Aegyptus, mare erithreum cum suis margaritis, & quotquot aliis in locis auriferi fluuii. Contentus est rebus indigenis ad encomia suæ puellæ. Sed ista encomia tam magna sunt, & vasta, vt nulla ratione conueniant in hominis personam, vt quum dicit, caput tuum sicut carmelus, collum tuum sicut turris,

comæ tuæ sicut greges caprarum, quæ descendunt de
Galaad: dentes tui sicut greges ouium tonsarum. Quod
si igitur sub nomine sponsæ Iudæam accipere velimus,
breuissimus transitus erit per metalepsim ad synago-
gam, & ex synagoga ad ecclesiam intelligendam. Quid
enim aliud Iudæa, quàm populus Iudæorum, hoc est sy-
nagoga, & rursus ecclesia, nisi synagoga in Christo ex
Iudæis, & gentibus renata. Sed hætenus de litera. Spi-
ritualis autem sensus docet generis humani instaurationem,
diuinitatem cum humanitate in vnam perso-
nam coiisse, ecclesiam à Christo in sponsam electam, &
purgatam à nigredine peccatorum, quæ antea Aethio-
pissa videbatur, pulchram, vt lunam, electam vt solé esse
redditam, & in carne Christi deificatam, & quod antea
per peccatum quæsierat, vt Deo similis efficeretur, id per
gratiam in maius obtinuisse. Non enim humanitatem si-
milem numini, sed in Christo numen esse factam, & pro
paradiso illi cælum esse redditum. Deinde miri inter
vtrunque amores describuntur, qui nulla aqua tribulatio-
num extingui possunt, cuius vis tam indomita quàm mors,
cuius æmulatio sicut infernus, cuius lampades, lampades
ignis atque flammarum. Postremo quod maximè amo-
rem, & cõciliat, & cõseruat, summa vtriq; de alterius pul-
chritudine & virtutibus admiratio. Quod autem Salo-
mon Christi in Ecclesiam charitatē sub prophani amoris
typo velauerit, veteri & solenni more priscorum fecit.
Sic Christus in parabolis locutus est: sic Orpheus my-
steria religionis sub prætextu cæremoniæ: poetæ res
physicas sub inuolucris fabularum: philosophi præcepta
sua nūc sub enigmatibus, nūc sub obscurissimis symbolis
tradiderunt.

tradiderunt. Aegyptii item monumēta rerum, nō verbis
exprefferunt, sed hieroglyphicis picturis adumbrarunt.
Ac proinde sphyngeſ ante tēpla collocari ſolebant, vt in-
telligerēt adoratores, quæ in cæremoniis traderentur, ſub
ænigmate altiorē ſenſum includere, Numinum quoque
vultus laruis obducebāt, quo ſpectator admoneretur, nō
veras ſe facies deorum, ſed perſonas, inaneſq; ſimilitudi-
nes intueri. Voluere illi quidē prophanum vulgus à ſuis
myſteriis arcere, ſed inde enatum eſt ingens malum. Ex
fabulis enī poetarum nō intellectis, idololatria: ex cære-
moniis ridiculæ ſuperſtitiones: ex ænigmatibus ſphyngeſ
veræ, & mōſtra opinionum emerſere. Neq; ex iſtis cāticis
vllum fructum relaturus eſt, qui relicta ſpiritali ſentētia,
literæ duntaxat inhæſerit. Næ ille, nō vt apicula, mellitos
ſuccos è florib⁹, ſed vt aranea venenū colliget, & vt duriùs,
ſed tamē veriùs loquar, nō ille in caſtris cum Madianitis,
ſed ante arcā Domini fornicationes exercet, & tēplū Do-
mini, hoc eſt ſacras literas meretriceis amoribus propa-
nat. Chriſtiani autē animi & myſteriis eccleſiæ initiati eſt,
oculos columbinos, & quales hæc ſpōſa habet, his ſcriptis
admouere, regni cælorum arcana cognoscere, in cellā vi-
nariā ſciētia Dei penetrare, & tandē intelligere ſuā quoq;
animam Chriſti eſſe ſponſam, & vt virginem Chriſto
eſſe deſponſatam. Veſtris igitur nuptiis generoſiſſimi &
potētiſſimi reges hoc connubiale carmen dedicaui-
mus: Deum orantes, vt coniunctiſſimos animos veſtros, ſan-
ctiſſimos amores, caſtiſſimos thalamos multa
fœcunditate, & perpetuo fœlicitatis
tenore foueat.

I
 PETRI NANNII ALCMARIANI IN
 COLLEGIO BVSLIDIANO LATINI
 PROFESSORIS, IN CANTICA
 CANTICORVM PARAPHRASES
 ET SCHOLIA.

Osculetur me.
 A medijs inci-
 pit omiſſis om-
 nibus, quæ a-
 mori initium
 dedere, aut quæ
 amor Dei çter-
 nus in huma-
 nū genus ini-
 tio caret, aut
 quia vt ait D.
 Ambroſius,
 Impatiēs lōgæ
 expectationis
 Eccleſia, citra
 omnē ſaluta-
 tionē ad vſum
 amicitiz, &
 oſculorū pro-
 rūpit. D. Ber-
 nard. dubitat,
 num hæc ebria
 dixerit. Et for-
 tē cum ad iſta
 prorupit ingt,
 exierat de cēl-
 la vinaria. Idē
 de hoc dicto,
 quia meliora
 ſunt vbera tua
 vino, dubitat
 an ſponſi, an
 ſponſæ, an ſo-
 daliū ſint ver-
 ba: mihi re-
 ctius videntur
 ad puellā lo-
 quentē referri,
 ne nimis præ-
 cepti ſit muta-
 tio perſonæ.

Osculetur me
 oſculo oris
 fui, quia meliora
 ſunt hubera tua
 vino, fragrātia vn-
 guentis optimis.

*nec quæ incipientis amicitiz ſigna, ſed
 quæ confirmatæ ſunt pignora & nuptia-
 rum arrabones oſcula quæro: neq; ea per
 vicarium mihi aut proxenetam, vti in
 ſponſalibus fit, vbi ſponſus abeſt, dari
 velim, ſed ab illius labris illa mihi ex-
 opto. Non mihi de aduentu eius loquatur
 Moiſes, qui ab heri & nudius tertius in-
 eloquens eſt: non Eſaias vir pollutis la-
 bijs: non Hieremias qui ſe nescire loqui
 fatetur: non Iohannes, qui ſe non ver-
 bum, ſed clamantis verbi vocem agnoſcit.*

*Nō mihi iā ſufficiūt Prophetæ, ipſe Pro-
 phetarum Dominus adueniat: oſcula
 quæro, quibus animus quaſi per oſtium*

B

ſpiritum

vnguentorum illius. Ambroſius, Bona hubera tua ſuper vinū. Sanctes
 autem Pagninus pro vberibus habet amores. Ita quoq; Agathius, eo
 quod Hebræis eodem vocabulo ambæ res nominentur.

*Non conſpectum
 tantummodo dile-
 cti mei, non verba
 illius duntaxat de-
 ſidero, non per pri-
 mas lineas amoris
 mea vota decurrūt,*

Osculetur me,
 prima vox of-
 culetur, quia
 interpretari
 poteſt, doceat
 me: ſubindi-
 cat, aliud in li-
 tera apparere,
 aliud in my-
 ſterio latere.
 Quia meliora
 ſunt hubera
 tua vino, fra-
 grātia vnguē-
 tis optimis. le-
 gendum vide-
 tur, non fra-
 grātia, ſed fra-
 grantiora: non
 enim hubera
 vnguentū re-
 dolent, ſed
 odore vnguen-
 tum ſuperant.
 In Græcis ali-
 quanto aliter,
 καὶ ὄσμη μὴ
 ῥωμ ὀσμή πῆρ
 τῶν ἰα & ῥω
 μαῖα, & odor
 vnguentorum
 tuorum ſuper
 omnia aroma-
 ta, vt fragran-
 tia iſta non
 vberū ſit, ſed

Videturq; ga-
de vberib' spō-
fi non sponsæ
loquatur, nō
nihil absurdi
esse in compa-
ratione, sed
Hebræis fami-
liare est, mu-
liebres res etiā
ad viros trans-
ferre. Quale est
illud Pauli: Fi-
lioli mei quos
iterū parturio,
& illud Davi-
dis, Ex vtero
ante luciferū
genui te: sed
quia de oscu-
lis sermo est,
quæ quasi ar-
abones sunt
amoris, nō in-
conuenienter
comparatio
amoris subiun-
gitur. Certè in
sequētibus ca-
pitibus, quum
omnia sæpe
redeant, nulla
sit mētio vbe-
rum spōsi, &
capite quinto
vbi singula-
tim oīa mēbra
sponsi descri-
būtur, nihil in-
tā curiosa ico-
nographia ad-
fertur de vbe-
ribus sponsi. Nescio an hoc quoque aliquid ponderis habet, quod Græcis
φιλιμαξα, hoc est, oscula ab amādo denominentur, id certè animaduer-
tendum, per apostrophen subito mutari personam: dixerat in tertia per-
sona, osculetur me, statim quæ secundæ personæ sunt, subiungit: quia me-
liora sunt vbera tua vino. Quod annotant scriptores in pathetica ora-
tione, & affectibus plena solere fieri.

*Spiritum suum in alterius pectus infun-
dit, vt quædam mutua hinc inde fiat anis-
marum transmigratio, & viuam iam non
ego, sed viuat in me Christus. Ab osculis
mea vota ad mamillas tuas transfero. Me-
liora sunt vbera tua vino. Aliarum vbe-
ra lac tantummodo continent ad alendos
paruulos, tua etiam succum vino potio-
rem habent, vt solidiori nutrimento ro-
bustiores ætatem alant, superantque
odore præstantissima vina. Ceterum iste
odor tam dulcis, non solum ab vberibus,
sed etiam è nomine tuo diffunditur.*

*Oleum effu sum Oleum enim effu-
sum nomen tuum, Christus diceris,
adulescentulæ di- hoc est vnctus, non
lexerunt te. quidem vnctus len-
ticula Samuelis, sed spiritus sancti
plenitudine præ omnibus consortibus
tuis: oleumque istud non intra alaba-
strum continetur, neque intra limites
Iudeæ notitia Dei coerchetur, sed effu-
sum est propagatione fidei in omnes gētes,
quæ à tuo chrismate christianæ dicun-
tur,*

Trahe n
te. In
i. l. x. u.
quod e
runt te,
ellæ ali
verecun
inuaferi
ad se tr
vt prop
reantur
Saulis c
liere vl
rum rap
conuitti
excusat
stum n
pulchri
Salomo
Atq; it
Ambro
primo
tuendis
nib^o leg
guftin
in expo
Euang
hannis
odorē
remus
sensu n
uerfita

Introd
rex: ex
puellæ
gis, & i
in cur
teurti
interea
gaude
opulen

tur, Atque ideo adulescentulæ, quæ non tam ætate, quàm virtutibus florent, dilexerunt te. Sed quia te quocunque ieris assequi nequeo, prægrauat enim me domicilium carnis.

Trabe me post te. In Græcis ἰλλυσαύ σι, quod est traxerunt te, vt puellæ alioquin verecundæ, eū inuaserint, & ad se traxerit, vt prope mereantur illud Saulis de muliere vltro virum rapiente conuicti: sed excusatur factum nimia pulchritudine Salomonis. Atq; ita diuus Ambrosius in primo de institutendis virginibus legit, Augustin. autem in expositione Euangelij Iohannis: Post odorē tuū curremus. sed in sensu nulla diuerfitas.

Trabe me post te, curremus in odorē vnguentorum tuorum.

Trabe me post te. Quod si ne sic quidem tuum gressum adæquare poterimus: es enim in cur-

su similis capræ hinnuloque ceruorum, disiuncti ab oculis tuis, odorē sequemur.

Agite sodales & cœtanæ puellæ, curramus in odorem vnguentorū eius, odor ille nos tanquam sagaces catellas quæ comedunt de micis domini, deducet ad cubile odoratissimi istius cerui. O me felicem in cursitando, asecuta enim sum dilectum meum, & ab eo intra penetralia recipior: non vt prophana foris, non vt catechumena in primo limine consisto, ab adytis exclusa. Rex enim me introduxit in cellaria sua: ad promptuaria altitudi-

Introduxit me rex: ex verbis puellæ intelligis, & illā aliās in currēdo anteuertisse, & interea in cellaria admissam fuisse, idque renuntiat alijs, vel vt secum gaudeant, vel vt se sperent quoque admittendas, Rex autem dixit, vt opulentiam cellariorum cogites.

Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & læ-

nis scientiæ & sapientiæ Dei immittor, nō sum moueor ab arcanis Sacra-

Introduxit me rex in cellaria sua. Hierony. In cubiculum suū, sic & Ambros. Septuaginta autē ἰσραηλιτῶν αὐτῶν, hoc est, in prom-

B ij mentorū

promptuariū-
fuū, Exultabi-
mus & lætabi-
mur in te, me-
mores vberū
tuorū super vi-
num. Literalis
sensus videtur.
Postquā in apo-
thecas vina-
rias intraui-
mus, inebria-
bimur quidem
& exultabim⁹,
sed nō tam vi-
no quā amore
spōsi. Vox autē
Rex in plerisq;
Latinis deest,
sed nō ī Græcis
ταμιον, autē,
quartius rerū
cellā & reposi-
torii signifi-
cat, sed q̄a sta-
tim subiungit,
mores vberū
rū tuorū super
vinum, rectius
est vt de cella
vinaria intelli-
gatur, maxime
quia in secūdo
cap. hæc quasi
repetens dicit,
Introduxit me
rex in cellā vi-
nariā, Exulta-
bimus & læta-
bimur in te, vt
gaudiū & corp⁹
& animū
percellat. Ex-
ultat enī corp⁹
cū læticia ge-
stit, ex Græcis
autem verbis

tabimur in te, me-
mores huberū tu-
orum super vinū:
recti diligunt te.

Non mecum vt cum Moyse & Aarone ad ostium tabernaculi loquitur, sed intus in sanctis sanctorum mecum sermones miscet: introduxit enim me rex in cellaria sua, vbi recōditum erat quicquid ad vina cœlestia & spirituales delicias pertinet.

Ceterum quantumcunque in cœlestibus thesauris voluptatum, non tamen alibi, sed in te exultabimus & letabimur, magis cupiētes vberibus tuis inebriari, quā omnibus saporibus vini. Memores enī sumus huberum tuorum super vinū: quippe quæ in te omnia habemus, & extra te nihil cupimus: ergo qui recti sunt, & incorrupti iudicio, nō tua sed teipsum diligunt.

*At qui vos filiæ Hierusalē Angelicæ ca-
teruæ, nolite nihi vt homini mortali, ac
in peccatis natæ veluti turpi inuidere,
Nigra sum sed for-
mosa filiæ Hieru-
salē, sicut taberna-
cula Cedar, sicut
pelles Salomonis.
Nigra sum sed for-
mosa, in cutis supfi-
cie est, quod oculis displicet, quū oīs gloria
filiæ regis ab ijs quæ sūt intus esse debeat.*

mentorū, et à the-
sauris mysteriorū
Dei, nō reijciō ab
vsu deliciarū eius.

ἀγαλλιασθε
μεθα, καὶ ἴψοι
φραυδαμεν
ἰν σοι, intelli-
gere possumus
ipsam gloriari
de tanto ama-
tore, & animo
lætari: est enī
ἀγαλλιάσει
σῶμα inter ca-
tera & γαυρία
αὖτε Hezi-
chio, hoc est
gloriari. me-
mores vberū
tuorum: & hic
rursus ex idio-
mate Hebræo,
vbera in amo-
res mutare li-
cet: Græcè est
ἀγαπῶμεν
μασούς σου
καὶ ἴψοι, di-
ligamus vbera
tua sup vinū,
siue contentæ
magis simus
& plus acqui-
escamus in
amorib⁹ tuis,
quā in vllō vi-
no. Vinū autē
figuratē p̄ om-
ni genere deli-
tiarum posuit:
Nigra sum sed
formosa, præ-
occupat quod
obijci poterat,
nigredinē non
obscure suæ
pulchritudini,
si simile gpp̄iā
cōmentāti ex
secularibus li-
teris aspergere
lucet.

Non

siceat,
dit ab
dole il
phurn
olæ ni
& vaco
gra,
Virgil.
gultra
vaccin
legūt
se quo
do nig
cit, sed
berna
dar, vt
mē ger
mea c
& cast
decolo
suo v
ferat
id ad
quū e
dicat
vt ca
aciē o
tā, vt
puell
Salon
minū
quā
sam,
ipsa i
scit. S
deino
pelle
nis p
terp
lunt
pelle
taber
foed
iniu
obte
sed

liceat, nō ablu-
dit ab hui⁹ in-
dole illud Cal-
phurnij. Et vi-
olæ nigre, sunt
& vaccinia nigra,
& illud
Virgil. Alba li-
gultra cadunt,
vaccinia nigra
legūtur. Neq;
se quouis mo-
do nigram di-
cit, sed vt ta-
bernacula Ce-
dar, vt fortissi-
me gentis Idu-
meæ colorem,
& castrensem
decolorationē
suo vultu re-
ferat, Neque
id admireris
quā eā postea
dicat terribilē
vt castrorum
aciē ordina-
tā, vult enim
puellam hanc
Salomon, non
minus virilem
quā formo-
sam, quod nūc
ipsa in se agno-
scit. Subiungit
deinde sicut
pelles Salomo-
nis: pleriq; in-
terpeteres vo-
lunt intelligi
pelles, quibus
tabernaculum
foederis cōtra
iniurias ecclī
obtegi solebat
sed an rectē

illæ

Nolite me confi-
derare quod fusca
sim, quia decolor-
rauit me sol: filii
matris meæ pug-
nauerūt cōtra me,

*bernacula robustissimæ gētis Idumeæ, &
templi tectoriū fusca sunt: quin & pelles
Salomonis hunc colorē habent, quē in me
despiciatis. Multum est ergo vel eius pelli-
bus, hoc est amictui humanitatis similem
esse. Non est ista nigredo in me naturalis:
Nolite me considerare quod fusca sum,
quia decolorauit me sol: æstū et pōdus diei
tuli in afflictionibus & persecutionibus
multis, neq; id passa sum ab alienigenis.*

posuerunt me cu-
stodem vineis: vi-
neam meam non
custodiui.

*Filij matris meæ pu-
gnauerunt contra
me, posuerūt me cu-
stodem vineis. Vte-
rini fratres, qui com-
moda mea maximè promouere debebant,
illi me negotijs secularibus, curisque mun-
danis alligare voluerunt, vt longè essem
à dilecto meo, volueruntque me esse cu-
stodem deliciarum huius mundi, vt hoc
vinumulare biberem, quod prorsus
aspersa sum, ac propterea eorum man-*

*Nō enim adustionē
ex solis afflatu pro-
vitio naturali impu-
tari oportet. Nigra
sum, sed sicut taber-
nacula Cedar, sicut
pelles Salomonis: ta-*

*illæ pelles Sa-
lomonis dici
possint, alij vi-
derint: Pagni-
nus legit, sicut
Cortina Salo-
monis: vt
enim gēs Idu-
meæ sub pel-
libus nigris
hybernat, ita
vela Salomo-
nis intra quæ
pernoctat, ni-
gra sunt.*

*Prius ex com-
parationibus
vituperiū ni-
gredinis mol-
liuit, nunc per
causam illud
ipsum excu-
sat: Nolite in-
quit me con-
siderare quōd
fusca sim, quia
decolorauit
me sol, nō esse
hoc sibi nati-
uum, sed acci-
dentarium:
nec æternum,
sed tempora-
riū dicit: ob-
uenisse enim
ex feruentio-
re solis afflatu,
quo tempore
omissa custo-
dia vineæ à
fratribus sibi
demādata per
æstū meridia-
nū ad spōsum
decurrebat.*

Filij

Filij matris pu-
gnauerit con-
tra me, hoc est
omni conten-
tione instite-
runt, vt vinea
custodiã reci-
perẽ. Sic & Ci-
data *neglexi, nec acquieni carni & san-*
guini: nõ igitur vineã meã custodiui, om-
nia mūdãna reliqui, vt expedita perueni-
rem ad sponsum meũ, sed quia meridiano
me tempore cursitantem decolorauit sol,
cero pro sexto Roscio locutus est, illud pugna, & enitere, & paulò post.
Hoc solũ pugno. Neque ista res leuiter à me petita est, nec à quibuslibet,
sed à fratribus, iisque vterinis, sed tantum mihi studiũ persequendi spõsi
fuit, vt nec damnũ denigrati candoris, nec æstus meridianus, nec vis,
improbataque fraterna, nec deprædatio vineæ iter meum retardarint.
Pro umbra vineæ, æstum: pro racemis, sitim: pro ocio, laborem cursitan-
di diligens. Vineam enim inquit meam non custodiui, vineam scilicet
iniunctam à fratribus: nam de vinea sibi à dilecto ad custodiam deman-
data, postea dicit: Vineam mea coram me, vineæ autem dulcedine non ca-
ruit, quum introducta sit à rege in ipsius cellaria, ibique exultauerit &
lætata sit. Beatus autem Cyprianus in symboli expositione legit: Posue-
runt me velut custodiam pomarij. Cæterum custodia ipsi custodes di-
cuntur. Vergilius in 6. Aeneidos: Cernis custodia qualis, vestibulo se-
deat. Vineam autem populum significare notius est, quam vt admoneri
debeat, quapropter intelligi potest, illam, vt à Dauide præcipitur,
oblitam domus patris sui reliquisse gentem suam, & aduenam factam
in terra aliena. Certè *Hebræis: birrantur ea* quæ in Eremo Iudaicis conti-
gerunt, intelligi debere quum quadraginta annis per torrida Arabiæ cir-
cūferrentur, & in tabernaculis habitarent, & propemodum abiret post
greges sodaliũ erectis vitulis in Oreb, admisis etiam Madianitis in con-
cubinatum, ac propterea synagogam precari, ne in absentia Moysis
etiam ipse Deus suam præsentiam subtrahat, ne in obliuionem veniat
genti suæ ad idololatriam propensæ.

B. Augusti. de
pastorib'. An-
nuncia mihi
quem dilexit
anima mea,
vbi pascis, vbi
cubas.

Indica mihi, quẽ *ne in posterum ni-*
diligat anima mea, grior fiam, nõ ve mi-
vbi pascas, vbi cu- hi denuo cursitan-
bes in meridie, dum sit sub tali
est, maturè indica mihi tu, quem di-
ligit anima mea, vbi pascis in meridie,
indica tu mihi, quem non verbis, sed
tota anima diligo. Ne si nesciam locum
tue meridiationis, incipiam vagis di-
scursis, per incerta omnia te quærere,
& dum

Indica mihi
quem diligit
anima mea,
egregia peri-
phrasis & ama-
trici conueni-
ens, loco pro-
prij nominis
subiecta: non
enim eũ appel-
lauit Adonai,
aut dominum
Sabaoth, sed
quẽ diligit ani-
ma, vbi pascas,
Gens

B. A.
in li
laru
fcis,
in m
fort
cut
greg
tuor
Hier
cust
nita
stoc
qua
ar li
sup
dali

B. A.
in E
Ioh
cog
met
chr
lier
Ide
epi
leg
non
ip
chr
lier
vel
gũ
do
ber
sto

Gens Iudaica valde amat vitam pastoritiam, vt Aegyptij aratoriam, adeo vt allegoria duorum istorum populorum in Abel & Caim videatur adumbrari. Ob Rebeckæ autem & Rachaëlis, Moisis, Dauidis pastoritias curas, pascere quodammodo inter delicias, resque amatorias receptum est. Certè apud Græcos νομίσω & pascere significat, & aliquem amore colere & fouere: Theocritus in Eunica καὶ φρυγίης ἐνόμισε τὴν ὄρεσιν αὐτὸν ἀδώνην. Cubare in meridie Latini vocat vno vocabulo meridiari. Catullus, lube ad te veniam meridiatū, Quærit autem quibus umbris vel se vel gregem contra meridianum æstus refrigeret.

B. Augustinus in libro epistolarum, Vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte stam sicut operta super greges sodalium tuorum: Beatus Hieronymus de custodia virginitatis ad Eustochium: Ne quando efficiat sicut operta super greges sodalium tuorum.

B. Augustinus in Euangelium Iohannis: Nisi cognoueris te metipsam pulchram inter mulieres exitu. Idem in libro epistolarum sic legit: Nisi cognoueris te metipsam pulchram inter mulieres, exitu in vestigijs gregum, & pascere hædos tuos in tabernaculis pastorum.

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Et dum per vestigia pastorum decurro, aberrem ad sodales tuos. Dic igitur locum tue mansionis, tui recubitus, ne si per creaturarum vestigia, & res conditas te sequar, incipiam errare post greges sodalium tuorum. Memor sis periculi Dinæ, non est tutum tuam puellam esse alibi, quam apud te, aut quicquam pro nomine colere nisi te, etiamsi summa maiestas in rebus creatis appareat, adeo vt tui sodales natura excellentia videantur.

Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pascere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Sponsus.

Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pascere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

sus sodalium incurrat, & in illorum vel concubinatū, vel nuptias pertrahatur, atque illum puellariter pungit metu zelotypia.

Ne vagari incipiam, Græcè est μήποτε γίνωμαι ὡς ἐν περὶ βαλομένη ἐπ' ἀγίλαισ τῶν ἰταίρων σου, quæ verba ita Ambrosius vertit: Vbi pascis, vbi manes in meridie, ne sim quasi circumamicta ad greges sodalium tuorum Allusum vel ad velamè meretriciū, quo sese integret, ne agnoscantur, vt Thamar in bituio fecit: vel ad flammeum quo nupta pudore faciem occultit, quem admodum Rebecka occurrete sibi Isaac: viget autè spolum ad indiciū suæ meridiationis, ne in amores ipsius

mihidiligitemea, periamamuenio prominis: nonappel donai, ninum, sedit anicalcas, Gens

Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres . Magno artificio deterret eam ab alienis amoribus ; ostendēs eius rei indignitatē , & per figuratam concessionē dicit : Si nescis quā sis pulchra , quā sis lōge pulcherrima inter oēs mulieres : egredere , & abi post vestigia gregū , liberū tibi facio , vt iam è colloquio abeas , & prosequaris viles & te indignos amores , nec regina sis in aula Salomonis , nec populos tibi subiectos habeas , sed capraria sis , hoc est , ne digna quidem quæ oues pascat , vt Rebecca & Rachel & Cethura , nec libera tamen pasua habeas , sed obfessa à vicinitate aliorū pastorum , & relicta ab antecessoribus gramina dūtataxat ad vsū tui pecoris reperias .

Exi : figurata concessio est ; sed ne illa irarū cōtēptus videatur . subiu- git illius mirificas laudes . Ne autem illi tadio sit cursitatio per meridianum æstum , cōparat eius celebritatem equis suis iunctis ad curr^o Pharaonis . **Habit** autem Salomon vt 3 . Reg inuenias ca . 3 . duodecim millia equorū , & mille quadringentos curr^o , quorum singulos Pharaō Aegypti rex illi vendebat sexcētis siclis argēti . Iā (vt aurigarij sentiūt) citius mouētur equi currules , q̄ celetes , quod æmulatio cursum intendat . Iudei hūc locū referūt ad populū volētem tadio itineris in Aegyptū re-

rum . Si tu ita tibi displices , & tam mala æstimatrix es tuæ formæ , quā ad similitudinem meam creauī , & quia adustione solis paululum denigrata es , ita te contemptibilem existimas , vt creaturæ tibi vllæ admirationi esse queant : non me digna es , quæ tibi in tanta forma & pulchritudine cælestium donorum tantopere displices . abi post vestigia gregum , viuē vitam brutorum , & per eorum itinera & vestigia incede , & pasce non niueos virtutū agnos , sed olidos vitiorū hædos , idq̄ iuxta tabernacula pastorū , iuxta Synagogas malignantiū Iudeorū , & ethnicorum caulas , et hæc curribus Pharaonis assimilauī te vt scias quā pulchra sis , opes tuæ pulchritudinis comparauī cū opibus duorum potentissimorum regum : Equitatuī scilicet meo , quadraginta millium in cur-

Ambrosius legit : Equæ meæ in currib^o Pharaonis assimilauī te more Græco . qui τὴν ἰκκίαν pro equitatu ponunt .

dire , & denuo assidere ollis carnū . Nō ergo , quæ par es tot equis meis ad curr^o Pharaonis iūctis , grauari debes ad cursus itinerū . Simul aut Salomon suā pietatē celebrat , q̄ patriā intruxerit duplici genere egratus : antea enī peditatu poti^o q̄ equitrib^o reb^o Iudej pollebāt .

Pulch
genæ
turi.
pebra
rū , & m
max
ficat
malas
moda
git , qu
vo
indica
stiam
verec
tus in
la co
quā a
ma p
comp
cōiug
omni
gressu
diat ,
lorē n
polle
ere ob
nunq
phas
ne se
recurr
marit
dolor
turtu
torqu
collu
mille
dicit
nō c
nem
Græc
ἀπὸ
σὶ δὲ
ὅσ
quā
sunt
vt t
Sed

Pulchræ sunt genæ sicut turturis. genæ palpebras oculo rû, & malas siue maxillas significat. hic autem malas tantum modo intelligit, quod græca vox σιάνους indicat. modestiam autem & verecundiam vultus in sua puella commēdat. quā aui lymma pudicitiam comparat, quæ coniuge amissa omnem congressum repudiatur, & quo dolore mitigare posset, & induere oblivionem nunquam lymphas intueatur, ne se cōspecta recrudescat mariti amissi dolor. Et quia turtures sæpe torquati sunt, collum eius simile monilib' dicit, ex viciis nō comparationem mutuans. Græcè est τὸ ἐπιώδυνον σιάνους σου ἢ τριγόνον, quàm formosæ sunt genæ tuæ vt turturis. Sed hoc Latin' inter

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collū tuum sicut monilia. *in curribus Pharaonis iugato similem te dico: Celeritas enim ingenij tui, quo cælum & super mundana peregritas, omniaq; indagaris, facit vt te equitatui meo assimilē censeam: capacitatem autem mentis tuæ, qua nihil nō recipis & contines, comparandam existimem curribus Pharaonis. Celerrimo enim cursu, vt ad me primū venires vsa es, nec æstus diei tuam velocitatem retardauit. Quod si de oculis tuis, vel intelligentiæ, vel simplicitatis mentio habenda est, dicam genas tuas esse turturum genas: amœnum quiddam in illis & viuax apparet, radiosque emittunt serenissimæ & castissimæ lucis. Collū tuum sicut monilia. Aliorum colla torquibus ornantur, tuum collum ex se ornamenta monilium possidet, obsequio Domini, iugoque illius suauissimo quasi margaritis, gemmisque baccatum.*

Murenulas aureas *Adulescētule, Ne faciemus tibi vermiculatas argēto. tūle vt tu putas nō tamus tuam coloris nigredinē. Quin ad hūc ornatū tuū aliquid adiiciemus auctarij: aureas enim murenulas faciemus tibi vermiculatas argento,*

interpres omisit, neque sine causa, cum ea ἰκίσιος siue intērio, potius interrogationi quàm comparationi seruiat, Pagnin' legit: pulchræ sunt maxillæ tuæ propter margaritas, collū tuum propter torques.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Ambrosius. Si multitudines auri faciem' tibi cū distinctiōnibus argenti, Græca verba istū locū clari' reddunt ἐμοῦ μαλα χρυσοῦ ποικίλοις σοι μίση σίτη ματρῶν ἀργυροῦ, hoc est rerū similitudines faciem' tibi, cū pūctulis argenteis, hoc est quod dixit vermi-

C Ægyptias

vermiculatos argento. Hinc medici vermiculantem pulsum arterie non minant, qui crebris punctio-
bus emicat, &

apud Homerum, *ἰστροῖσι λεχέισσι*, quod est concinnè terebratis le-
ctis, quod olim pro magna elegantia habitū sit, media rerum stellantibus
certo intervallo punctis distinguere. qui puncti si transmittant se à fronte
ad oppositam frontem, clavi appellantur: vnde eidem Homero sceptrum
ἄργυρόκλον dicitur clavis argenteis distinctum, quod si puncti extuberēt
in semiorbiculi rotunditatem, bullæ, si integras spherulas absoluant, bacca
dicuntur. Vnde monile bullatum baccatumque appellatur. flexum autem
qualis est in anguillis, vel in acantho, valde olim gaudebāt effingere. Bea-
tus Augustinus in *1. lib. de Trinitate* Similitudines auri faciemus tibi cum
distinctionibus argenti, quoadusque rex in recubitu suo est.

Dum rex esset
in accubitu suo:
Ambro. Quo-
adusq; erit rex
in declinatioe
sua. Ita & grecè
ἴωσ ὄν, id est,
quoadusq; La-
tina translatio
indicat, quādo
incœperit nar-
dus eius redo-
lere, Græca aut
quādiu: olim
aut vnguētati
discubebāt: est
ergo iste odor
vel ex nardino
oleo, vel ex co-
rona ex nardi
floribus com-
posita.

*Ægyptias opes tibi à vicinis mutuabi-
mus, vt ex disciplinis secularibus, alia-
rumque rerum publicarū moribus coacer-
uetur in vnum, quod splendorem tui cul-
tus ampliolem reddat.*

Dum esset rex in
accubitu suo, nar-
dus mea dedit o-
dorem suum.

*nō Celtica, sed mea, hoc est, pistica, odorē
dedit, odor inquā fidei, beneuolētiae, ele-
mosinarū, benignitatis meae, qua precii
trecentorū denariorum in vnguēdis pedi-
bus dominicis impendi, dum ille esset in
accubitu suo, in conuiuio hominū, & con-
uersatione mortaliū, ipse homo factus, tū
inquam nardus mea hanc fragrantia ex-
halauit, eo nimirū tēpore quo ille Vastam
Assueri inter epulas reiecit, et me humilē
ancillā domini in eius locum substituit.*

Anteq̄ resurgeret Dominus, & Euangelium coruscaret, nō habebat aurū spōsa, sed similitudines auri: vbi nardus mea & c. ab hoc cōmate segregatur. Varietate distinguendi in dē-
ortā puto, quod olī nec voces, nec cōmata, nec colī, nec periodi notulis distinguebātur.

Sed vt

Siquidē hila-
riora conuiuia
etiā coronati
peragebāt. Ple-
riq; cōsentiūt
nardū esse, quā
vulgō laudē-
lam dicimus,
saltem illa quæ
celtica appel-
latur. Sunt qui
existimēt hoc
pertinere ad
thymiamata sa-
crificiorū. Op-
tauerat illa sci-
re vbi in meri-
die cubaret di-
lectus, nūc cer-
tē in eius meri-
diana cubatio-
ne videtur as-
fuisse, vt cuius
nardus ibi odo-
rē suū dederit.
Varios enim
act̄, & diuersā
tempora breui
cōpenteo ver-
borū in vnum
miscet, sed not
de ea re in se-
quētib; plura.
Hieron. aduer-
sus Iouinianū
ita legit, Simi-
litudines auri
faciem; tibi cū
distinctionib;
argēti, quoad-
usq; rex in ac-
cubitu suo est.
Addit deinde:

Fasc
rha
meu
Græ
ἐπὶ
τῷ
ἀδελ
μου
fact
lis m
fact
inter
mor
do
tit,
& gu
fia a
ebur
mun
mul
feris
vt l
suos
qui
gue
a M
tem
frat
lij,
Am
red
lis
cōf
nū
Id
me
ria
nis
à n
arc
ple
ne
co
co

Fascicul^{us} myrrhæ dilectus meus mihi Græcè est ἐπίδομος τῆς σακτῆς ἀδελφίδος μου colligatio stactæ patruelis meus mihi: stacten autem interpres psal-morū aliquando guttā vertit, vt myrrhæ & guttæ & castia à domibus eburneis. com-mune autē id multis odoriferis stirpibus, vt humores suos exstillēt, qui per se vnguenta sunt: ἀδελφίδης autem fororū aut fratrū sunt filij, quamobrem **Ambr.** nunc reddit, patruelis meus, nunc cōsobrin^{us} me^{us}, nunc fraternus, Id autē blādi-mentū amato-riæ appellatio-nis sumptū est à nuptijs patri-archarum, quæ plerunque hac necessitudine cognationum constabant.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

omnia præter odoris gratiam à putrefac-tione præseruantis, ad eò vt in corpore mortuo, mors vim suā amittere videatur.

Ille certè vt fasciculus myrrhæ sua immor-talitate mortalitatem meam exhaurit, & euacuat: talem igitur fasciculum mirrhæ nō procul à me habebō, in valle enim vberum meorū, in vicinia & suburbio cordis mei constituetur: commorabitur inquam inter vbera mea, & pectori accubabit, vt illius odor & subiectus sit naribus, & cor meū præseruet à morticinis vitiorum cogitationibus. Qualis alijs sit nescio, mihi certè non modò fasciculus myrrhæ, sed &

Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

meas laudes, & suos equos & currus Pharaonis coniunxit, ita ego vicissim in illius encomia, non qualibet aromata, sed quæ apud Hiericonta nascuntur in vineis Engaddi, ad illum deprædicādum assumpsit.

Sed vt halitus oris mei, illi est pro naribus, ita ipse vicissim mihi fasciculus myrrhæ est, morticina

Botrus cypri, **Ambr.** Botrio cypri cōsobrinus meus deinde omisso planè tractatu cypri, omnia loquitur de balsamo, ac si cyprus & balsamum idē esset. Sed de ea re postea. Cypri autem nec Dioscorides, nec Plini^{us} meminit. Bū autē nasci scribit Egesippus circa fontem ab Helizeo sanatum in campis Hiericōtis. Est autē arbor teste Hermolao Barbaro folijs oleæ circiter ramos latioribus, mollioribus, colore viridioribus, flore muscaceo candido odorato. Se-

rato. Semen ei atrum simile sambucino acino, Nascitur A scalonæ Iudææ optima. Hieronymus autem dicit cyprum esse genus virgulti, quod fructum ferat odoratum in modum vixæ florentis. Engaddi ciuitas est in tribu Iuda. Iosue 15. ibidemque vt in locis tutissimis exul versatus est. David primo Regum cap. 24. Sira est autem hæc ciuitas ad finem maris mortui, nobilis palmarum & balsamorū hortis: addita est igitur huic cypro commendatio ex naturâ loci Engaddi, vt non quemuis cyprum intelligas, sed Engaddinū. b. Gregorius cyprum hic insulam intelligit, deceptus affinitate vocis, alij simili errore cyperum, cum cypro confundunt.

Haecenus illa dilectum prædicauit, nunc vicissim ab illo collaudatur.

Ecce inquit tu pulchra Græcè ἡ δὲ καλὴ aduerbiū illud admiratis, alios ad spectandū rei miraculum adhortatur:

Oculi tui columbarum, in Græcis oculi tui columbæ. ὀφθαλμοὶ σου περιστραί, prius laudauit matas, nunc amenam & amatilem lucem oculorū, qualis in columbis est, in Græcis est pro amica propinqua, ἡ πλησίον μου, vt à generis necessitudine, appellatio ducta sit, neque id mirū, quū postea eandem sororē vocet.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

formositatis, admiratio mea de te in vocē hęc iteratam erumpit. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, interiorē exteriorēque pulchritudinem tuā extollo: quæ fucō & hypocrisi caret. Sponsa vicissim nō minūs admiratione sui spōsi capta, nihil sublimius inuenit in eo laudando, quàm si ipsius verba repetat. Dicit igitur, Ecce pulcher es dilecte mi, & decorus, pulcher natura, decorus ætate, nihil tua

Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus

diuinitate absolutus, nihil tua æternitate florētius, forma summa ista tua nunquam marcescit, nec morbis aut senio atteritur. Ergo quum ita conspirant animi nostri, quum ita mutua hinc indē sit de alterius pulchritudine admiratio, consumemus mysteria nuptiarū in assumēdæ humanitatis

Sponsus,

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, non fero tacitus laudem tuæ

Ecce tu pulcher es dilecte mi, ex lege Amœbæi carminis paria in laudādo repetit, & quedam verba sibi attributa, in illius laudē regerit, quod meliora non inueniret.

Decorus Græcè ἐπαῖος quæ eum significat qui in flore ætatis est, vt nitor pulchritudinis, & nitor iuuetutis in illo simul appareat. Pagninus pro decoro vertit dulcis, vt gratia formæ, & morū dulcedo simul in eo cōiunctæ sint.

Leclul
floridus
est oio
hoc est
cus, siue
bra ad
exvmb
& arbor
riferarū
brofitas
sta sit:
lud Vir
Afcanti
istiusm
braculo
mient
mollis
racus i
ribus,
aspiran
plectit
bra. La
nostra
na. La
& lacu
idē fig
Horati
c

humanitatis conditione, votū impleamus, coëant diuina cum humanis, sint duo in vna persona, sim ego homo, tu sis Dea, hoc est immortalis, & ab interitu vindicata.

Lectulus noster floridus, Græcè est *ὄσκιος*, hoc est, opacus, siue ex vmbra ædiū, siue ex vmbra florū & arborū odoriferarū, eavmbrositas induta sit: quale illud Virgilij de Ascanio sub istiusmodi vmbaculo dormiente. Vbi: mollis amara racus illū floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra. Laquearia nostra cedrina, Laquearia & lacunaria idē significāt: Horatius in 2. carminū

Lectus noster floridus: tigna domorū nostrarū cedrina, laquearia nostra cypressina.

cadauera continet, anima mortuorum dicitur, oculos illustrat, necat aurium vermes, cerastæ morsibus opitulatur, elephantias tollit. Cypressus nec vetustatem nec cariem sentit. In tali domo sanitatis illi nobis nascentur liberi, qui si mortiferum quid bibant, non illis nocebit, qui cæcos illustraturi sunt, leprosos mundabunt: floridus igitur noster lectus est, non sterilis, non aridus, sed fecunditate liberorum vernantissimus.

in testudines, vel in hemispheria, vel in complusculos arcus. Quamobrem poetæ nunquam laquearium mentionem faciunt, nisi vbi loquuntur de magnificentioribus ædibus. Virgil. Pendent lichni laquearibus aureis: & Horatius: Non ebur neque aureum mea renidet in domo Lacunar. Humiles autem domunculae, quia tabulatis carent, & laquearibus carent. Quare Mancinellus non omnino improbè dixit: Lacunar est locus quadratus in tabulatis.

Lectulus noster floridus est, &c. omnia connubij nostri liberis immortalitate repromittunt. Cedrinus liquor, quia

carminū huiusmodi lecta laqueata dixit, Græci à similitudine præsepium φατύω μαλα appellāt, quare septuaginta ita verterūt φατύω μαλα ἡμῶν κωδάρσσοι: Acron autem opaca camera in Jacū collecta, laquearia appellat. Pagninus aut legit laquearia nostra abiegnā. Sed vt ad rem propius accedamus. Sunt laquearia congnationes quæ tabulata sustinent, quæ tū camera vocantur, qui fecuriant, vel

IN SECVNDVM CAPVT.

Ego flos cāpi.
Sic & Græci,
Hebræi pro flo
re rosam sub
stituunt, quod
narrā i foxop
rosa flos di
catur. In Bu
colicis autem
quia id palto
ritia simplici
tatis est, sapius
seipsum palto
res laudat, nec
herouū seculis
pro arrogantia
imputabatur,
si quis seipsum
extolleret, quā
illa secula ut
inuidia, ita
etiā mendaciis
carebant. Quā
obrem nō est
mirū si spōsus
pro indole car
minis, vel pro
simplicitate
aurei seculi se
ipsum citra ne
mesum laudet,
cāterū nō diu
in suis laudib⁹
commoratur,
sed statim tran
sit ad encomia
suā puellā.

Ego flos campi & liliū cōuallium
Ego flos campi & liliū conuallium,
in planis agrorum
floreo, et in vallibus humilitatis in liliū
assurgo: natale solum est mihi vel in simplicitate planicierum, vel inter irrigua valliū humilitatis, in sole & locis apricis, ut rosa rubesco: in vmbrosis, ut liliū candeo: publicè si appareo, elucet gloria formæ meæ, domi si familiaris cognoscor, candor corporis mei ingenuitasque animi nitorē suum de se dat: nō alius foris, quā intus deprehendor: nec tam mihi de me, quā de amica mea placeo. Illa enim non ut liliū inter lilia, & quasi eximia in suo genere: sed maior ampliorque, quā pro mortalium cōditione sicuti liliū inter spinās excellit.

Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.

cāterū si eas cum amica mea cōferas, in spinas abeunt; & aniculæ videntur abiecto omni flore ætatis. Quicquid puellarum est in cōparatione illius, nec odorem nec colorem habere videtur: spinæ sunt præ illa asperrimæ senticosæque tractatu, difficili

B. August. in xii. cōtra Faustum: Sicut liliū in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum.

Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias, Ambrosius, Tanquam malū in lignis syluæ, ita consobrinus meus in medio filiarum: benigne autem sponitur cū se liliū fecerat, eundē candorem amica suæ attribuit, neque id omitendum, quod cū lege amicae carminis, aut paria, aut maiora responderi debeāt, id aliquādo à Salomone statim fieri, aliquādo differrī: hic aut sine vlla mora vicissitudo redita est.

Sicut inter liliū uarum sine olatione accepti dit, & primū gna syluā nō aruēstres tametiam sapius ris facti arbore tur, cor tamē lignum quod matū potest solūm fructu syluarum fed & vita abputetur aut res laudat so red quod odor, sit edu lijs aut nullum tumtia cādor bra: quā la plu dādo quā sed in sus vi quod lauda liliū nas, v

Sicut malus inter ligna sylvarum, puella sine omni dilatione laudes acceptas rependit, & contemptum dicit ligna sylvarum, nō arbores sylvestres. Nam tamen ligna sepius in literis sacris de oī arbore dicantur, contemptius tamē sonat, si lignum dicas, quod & inanimatū intelligi potest, vt non solum mittor fructus in istis sylvarū lignis, sed & viror & vita abesse reputetur. Videtur autē maiores laudes spōso reddere, eō quod ī malis & odor, & fructus sit edulis: in lilijs autē fructus nullus, sed tantummodo gratia odoris: & cādoris illecebra: quare puella plus in laudādo regessit, quā accepit, sed in eo rursus vincitur, quod cū ipsa laudata sit vt liliū inter spinas, vt nō ex-

difficilesque moribus, nō adest idem candor ingenij, nec famæ honestate eandem de se fragrantia reddunt. Vicissim autē anima fidelis, filia Ecclesiæ, laudem accumulatiore amæbei carminis lege repensans.

Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios.

Sicut malus inter ligna sylvarū, sic dilectus meus inter filios. Non ille solum oculis pulchritudine blanditur, aut odoribus nares delectat, sicuti flos campi & liliū conuallium, sed fructu quoque inelytus est: nō illius poma syluestria, quæ cadunt feris in pabulum, sed mitia maturaque, & alendis virtutibus idonea: præcepta illius necessariam salutem iniungunt, consilia optimarum rerum delectum afferunt. Sunt igitur alij iuuenes, tametsi alioqui arbores pulcherrimæ, & cultu mites, in illius comparatione quasi syluestria ligna. Quamobrem non sub lucis idolorum, non sub plantis steriliū Philosophorum, non sub taxo hereticorum dogmatum, sed sub vmbra illius sub illius vmbra quæ desiderauerā, sedi, quem desiderā sedi: et fructus eius ueram, & fructus dulcis gutturi meo. eius dulcis gutturi meo: quā dulcia eloquia

cellētia tantū, sed tota natura differre videatur à relige puellis: nihil enī cōmune lilio cū spinis, vt est ros, quæ in spinis nascuntur: spinis autē amissa rosa similes esse voluit reliquas puellas: iā iter malas arbores, & ligna sylvarū, nō generis diuersitas est, sed culturæ, quū ligna sylvarū si colantur mitescere queant, & hortētia fieri.

Quia dilectum suū arborē fecerat, bene ex cōsequenti illi vmbra attribuit, Nōnulli hoc intelligi volūt de populo in Eremo, qui per diē nube tegebatur contra æstus solis. Et fructus eius dulcis gutturi meo: p̄tat in metaphora arboris.

Introduxit me rex in cellam vinariā. Ambr. Introduc me in do-

in domū vini,
vt nondū hoc
fiat, sed opte-
tur. Sic & se-
ptuaginta ἰσο-
ῦται με ἰσο-
ῦται τοῦ ἰσο-
ῦται.

Ordinavit in
me charitatē.
Græcè est, τά
ἐὰν ἐν' ἐμῇ
ἐντάξει, hoc
est, ordinate in
me charitatē
quasi vim tu-
multuantis a-
moris in ordi-
nem & modū
cupiat redigi
ab adolescen-
tulis. Ita quoq;
Ambrosius le-
git. Pagninus
autem pro his
verbis reddi-
dit vexillū ei⁹
sup me, amor.
b. August. in
psal. 8. enarra-
tione: Indu-
cite me in do-
mū vini, con-
stituite me in-
ter vnguenta,
constipate me
inter mella,
quoniā vulne-
rata charitate
ego sum.

eloquia eius palato nostro, super mel ori-
meo, verba vitæ habet, & nunquam sic
homo locutus est: Idemque non cibū dun-
taxat, sed & vinum præstantissimū sup-
peditat, nec famem solum, sed & sitim mi-
tigat. Introduxit enim me in cellam vina-
riam, mustum Spiritus sancti mihi propi-
navit, nō custodiui ego vineam meam, sed
quid damni mihi indè natum, quæ in apo-
thecā spiritualis vini recipior? Introduxit
enim me in cellam vinariam, nec ibi me-
Cellam vinariam brior ad luxuriam,
ordinavit in me sed ad charitatē im-
charitatem. buor, nec insolesco
bacchabunda, nec
vt vates ethnicorum in furorem rapior,
sed per Spiritum sanctum cognosco pro-
funda Dei, mensque ita illustratur, vt in
amore qui cæcus esse solet, rerū ordinem,
dignitatum gradus, & precia æstimatio-
nesq; intelligā. Ordinavit siquidem in me
charitatem, vt sciam inimicum quadan-
tenus esse diligendum, proximum contrā,
ita vt memetipsum mihi charum haben-
dum, Deumque super omnia ex toto corde
& animo esse adamandum. Quid miri
igitur si in tot eximijs dotibus dilecti
mei, vbi oculi capiuntur florum pulchri-
tudine, nares odorum fragrantia, palatum
fructuum

Fulcite
ribus,
me mal-
brofus
firmate
vnguere
pate me
lis. Om-
licijs &
tjis am-
in mor-
curari c-
Mala
amori i-
mis con-
für: vno
Theocri-
viatoris
μέλοισ
τίς ἰπ-
νοισι
O mali-
les rubi-
cundul-
res: vno
μυλο β-
quod V-
transful-
lo peter-
prouer-
de illis
piani ac-
rem fo-
Gracè
betur
τὴ με
ποι, σε
μὲν

Fulcite me floribus, stipate me malis. Ambrrosius: Confirmare me in vnguentis, stipate me in malis. Omnib' delectijs & elegantijs amatoris in morbo suo curari cupit.

Mala autem amori imprimis consecrata sūt: vnde apud Theocritū in viatoribus, ὦ μάλοισι μὲν ἔρω τὴν ἰρεῦθε μέν νοιοιμὲν ὁμοιοι. O malis similes rubris rubicunduli Amores: vnde etiā κλοβάξαιμ, quod Virgilius transtulit: malo petere, dictū prouerbialiter de illis q̄ quēpiam ad amorem sollicitat, Gracē autē habetur σκρίσας τὴ με ἰρ μὲ σοις, σοιθέσασί με ἐρ μἠλοισ.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

sp̄so inueniā: quid miri inquam, si non sufficiam ad vim amoris perferendam.

Fulcite igitur me floribus, & stipate me malis quia amore langueo. In isto quasi febrili calore & stuantis dilectionis, erigite me floribus sp̄ei, latera stipate malis diuinae non humanae consolationis, iacet se in meo morbo & volutet & verset se in contemplatione caelestium donorum.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

struē-
stigio-
ctū q-
bere f-
prom-
meni-
si nas-
quo-
foram-
per q-
des c-
misi-
untur-
stis a-
endu-
acced-
ad si-
diner-
um n-
acced-
Carr-
sunt,
alter
Tyric
lilea
prima
magn
dinis
Afer.

oppidis & arcibus non in-
fuetæ locutio-
nis est. Sic Ho-
ratus Seston
& Abydon tur-
res vocat, sed
malim hic pro
simplici turri
accipi, vt simi-
litudinē cum
naso habeat,
quæ in hoc mi-
hi consistere
videtur, quod
turres veteri
structura à fa-
stigio porre-
ctū quiddā ha-
bere solent, &
prominēs ope-
meniano qua-
si nasum, sub
quo deorsum
foramina sūt,
per quæ lapi-
des cæteraque
missilia deijci-
untur, ne ho-
stis ad suffodi-
endum murū
accedat, idq;
ad similitu-
dinem nari-
um non malè
accedit.

Carmeli duo
sunt, quorum
alter mons est
Tyriorū in Ga-
lilea vini im-
primis ferax,
magno altitu-
dinis in tribu
Aser, Helix
domi-

*ita nares odorum discrimina sentiūt: oculi
procul excubant, & longo excursu quasi
prodromi & exploratores renunciant,
quicquid deprehenderit: nares autem
quasi ianitores cerebri de proximo custo-
dias agunt, ne quid tetri spiritus influat,
Gustus quasi cubicularius recepta intra
vestibulum corporis examinat, & statim
quicquid noxium senserit abijcit. Huic
turri, quæ sibi subiectos habet libani odo-
res, nasum tuum comparo, qui odores spi-
rituum, an ex Deo sint, optimè dijudicat,
oppositaque est hæc turris contra Dama-
scum, id est, potum sanguinis, vbi tyranni
in Ecclesia grassantes habitare solent,
vbi Abel occisus est.*

Caput tuū vt car-
mel^o, & coma ca-
pitis tui sicut pur-
pura regis vinctæ
in canalibus.

*melus vberē glebæ succulentus, obliuetis
pinguis, vinetis temulentus, quem inter-
pretantur Hebræi cognitionem circunci-
sionis. Caput religionis tuæ nouit omnem
interiorem circuncisionem, non quæ cor-
pus mutilat, sed quæ à corpore & animo
vitia recidit. Coma tua non sicut purpura*

simplex,

domicilio no-
bilis, Alter in
ea parte Iudeæ,
qua itur in
Ægyptum.

Quod autē co-
mam purpuræ
cōparat, id re-
ferendū est ad
eā purpuram,
quæ rosei colo-
ris est, cuius
etiā meminit
Catull^o, tinctæ
tegit roseo cō-
chilis purpura
fucō. Græca
verba sic ha-
bent, καὶ πλό-
κον κεφαλῆς
σου ὡς πορ-
φύρα, ἥστις
λευκὸν δίδυμις
vos ἢ παρα-
δρομαῖς. Cin-
cinnus capitis
tui vt purpura,
rex vinctus in
decursib^o. Pagi-
ninus: Coma
capitis tui si-
cut purpura,
rex ligatus in
canalibus.

Agathius: Co-
ma capitis si-
cut purpura,
rex ligatus cū
canalibus. Ca-
statio: Capitu-
lum habes Car-
meli simile, ca-
pituli capillos
regiæ

regiæ purpurae fistulis vinetae. Ex quibus verbis nullus nisi affectatissimus sensus colligi potest, ac proinde nonnulli hic se miserè torquent, verum hunc nodum meo iudicio felicissimè Cassiodorus dissoluit. Qui dicit canales in quibus purpurarij lanam purpura tinctam alligant, vt decursibus aquarum perperguntur à græcis βαρία appellari. Nec quèq; mouere debet, quod in nostra translatione regiæ, in cætorum translationibus rex habeatur, quæ Hebræi inflexiones casuum non habeant.

Græcè est τὴν ἄγαν ὡθὴν καὶ ἄδωθὸν ἀγὰ πη ἢ τρυφὰς σου, quæ formosa, & dulcis facta es delictis tuis, vt intelligas

simplex, aut dibapha, sed sicut purpurae regis, & regio amictui destinata, quam basilicam vocant. eamque nondum in fladeductam, sed lanam adhuc vinctamque in purpurariorum tinctorumq; canalibus, vt decursu aquæ purificetur, & nitidior fiat: atque ideo alligatur, ne vis defluentis aquæ eam auferat. Coma igitur tua vt coccynea lana sanguine martyrum purpurascit.

Quam pulchra es, & quam decora, charissima in deliciis.

Quam pulchra es, & quam decora charissima in deliciis. Pulchra nimirum in fide, decora in opere, amabilis in moribus, vt mihi pro magnis deliciis sit tecum viuere. Contuli singula membra tua rebus pulcherrimis, inueni ad singula comparationes legitimas. sed cum ad vniuersam totius corporis tui pulchritudinem descendo, nihil comparabile inuenio, nec formam tuam intra modum mensuramque vllius comparationis includere possum, superat illa omnia, nec se vllis limitibus circumscribi sinit: dico igitur sine vllis comparationibus, quam pulchra es, et decora, nihil ineptum in moribus, nihil insulsum in verbis, nihil insolens in cultu, nihil odiosum in gestu, nimirum charissima in deliciis.

telligas eam nunc talè esse, antea non fuisse. Quapropter Paganinus vertit, quæ pulcherrima & dulcissima amor in deliciis. Ceterum quod amorem pro amata, dilectione pro dilecta Hebræi ponant, id etiã alijs linguis commune, sic scelus pro scelerato, piaculum pro piaculati, delicias pro delizioso dicimus. Τρυφὰς autem Græci etiã quod molle & tenerum est appellant, vt teneritudo puellæ hinc laudari videatur.

Statura

Proceritas
& teretitas
puellæ pro
cõparat, et
autem hanc
vineæ nomen
mæ: quod
quentia
cant, vbi
E: erant
tua sicut
vineæ. Al
palma &
quoque
matim
fructus p
germinat
gnaque v
tas & qu
gnatio in
vtramque
borem, p
vt vitis
Latinos
vicitetur
si parim
fœcundi
pariendi
quædam
nera fruct
palma p
ta dicunt
quod in
etiam v
conficia
ex vuis.
cõparat
in hoc
quod g
vux ma
acinus
las rept
tet, vt
ne caus
mastus
tus sit

Proceritatem
& teretudine
puella palma
cōparat, vbera
autem botris
vineæ nō pal-
mæ: quod se-
quentia indi-
cant, vbi dicit
Et erunt vbera
tua sicut botri
vineæ. Alioqui
palma & ipsa
quoque race-
matim suos
fructus pro-
germinat, ma-
gnaque vicini-
tas & quasi cō-
gnatio inter
vtramque ar-
borem, adeo
vt vitis apud
Latinos palma
vocitetur, qua
si parima a
fecunditate
pariendi, &
quædam ge-
nera fructuum
palmæ poma-
ta dicuntur,
quod inde
etiam vinum
conficiatur, vt
ex viuis. Ratio
cōparationis
in hoc est,
quod glomus
vix mamam,
acinus papil-
las represen-
tet, vt non li-
ne causa bu-
mastus voca-
tus sit ille ra-
cemus

Statura tua affi-
milata est palmæ,
& hubera tua bo-
tris.

staturā & habitudinem representat, eo
quod illa recta sit & inuictō stipite, ra-
misque qui ponderi nō cedant, sed contra
ipsas moles, quibus præmuntur, in altum
assurgant, ac proinde victorijs ac triūphis
dedicata, ita & tu non metu, non mu-
neribus, non gratia, non odio ad iniu-
stitiam flecteris. Vbera autem tua pal-
mæ racemis similia sunt. Doctrinæ tuæ
ex eodem pectoris fonte per vetus & no-
uum testamentū veluti, duo vbera, alunt
& inebriant populos Christi.

Dixi ascendam in
palmā, & appre-
hendam fructus
eius. Et erūt vbera
tua sicut brotri vi-
neæ.

parationem miscentur, quia ex vtriusque
racemis vinū cōficitur. Cæterum quia hæc
palma procera & ardua est ob magni-
tudine virtutū, opus est scansionē, sed hoc
quoque cōmodum est in palmæ altitudine,

Statura tua affimi-
lata est palmæ, &
vbera tua botris.
palma procera &
teres, corporis tui

cemus qui
quasi bouis
mamma gran-
diores acinos
profert.

Plinij verba de
palma hæc
sunt l. 13. ca-
pite 4. reliqua
teretes atque
procere densis
gradatisque
pollicibus vt
orbibus faci-
les se ad scan-
dendū oriētis
populis præ-
beant.

Dixi ascendam in
palmam, & appre-
hendā fructus eius.
& erunt vbera tua
sicut botri vineæ.
Fructus palmæ &
vitis in vnam com-

N

quod

Mirū est non dixisse: Salomonē, & erunt vbera tua sicut botri palmae, quum de scandēda palma mentio- nem fecerat: certē palma- rum fructus, etiam racema- tim crescunt. Sed quia dilectā suā iam ante hortum apel- lauerat, rectē facit, quod nō vnius, sed plu- rium arborum dotes illi tri- buit: fructus igitur palmae vitis & mali in laudes puellae confociantur.

Dignum dile- cto meo ad potandū pro- nomien meo, quum de se lo- quatur, perquā incommodē interuenit: sed nec Graeci il- lud omittunt
 ἡ λέγουσθε μου
 ὡς ἴνους ὄγα
 θὸς πορευόμε
 νος τῶ ἀδελ
 φίδῳ μου εἰς
 ἐσθῆτα, ἵνα
 νόμιμος χεῖ
 ρισί μου καὶ
 ἀδούσιρ. Gut-
 tur

quod illa densis gradatisque corticū pol- licibus vt orbibus facillē se ad scandēdum praebet. Ascendam igitur vt fruam tantae arboris delicijs. Ibi carpam in Abraham religiosissimam fidem in Deum. In Isaac obsequium vsque ad mortem, hospitalita- tem in Loth: prudentiam in Iacob: casti- tatem in Ioseph: fortitudinem in Dauid: sapientiam in Salomone: sanctitatem in Iosephat, ibi in vberibus Susannae lac pu- dicitiae, in Annae succum deuotionis, in Deiparae virginis inter ceteras virtutes etiam alimoniam humani corporis su- gam. Nec oblectabitur mihi tantum- modo palatum, sed & fragrantia halitus tui nares meas reficiet.

Et odor oris tui sicut malorum, guttur tuū sicut vinū optimum, dignum dilecto meo ad potandū, labiisque & den- tibus illius ad ru- minandum.

in baptismo accepisti, nō aliter redolet, quā odor malorum, nō punicorum qui- dem aut citreorum, sed quicquid est vbiq-

tur tuum vt vinū illud bonū quod recta fertur patrueli meo & satisfacit labris & den- tibus meis, adeo vt in fine hu- ius dicti puel- la videatur lo- qui, nō spōsus: ceterū rō di- lecto meo, pro quouis dilecto positū est, Pa- gnius vertit: palatū tuū si- cut vinū opti- mū vadens ad dilectū meum propter boni- tatē faciēs lo- qui labia dor- mientiu Aga- thius palatum tuum sicut vi- num bonum vadēs dilecto meo ad recti- tudines eru- ctare faciemus labia senū Ca- stilio. Guttur tuū tāquā vi- nū bonū quod amico meo res- cte fluit dor- mientibus la- bellis balbu- rienti. Denti- bus ad rumi- nandum vide- tur loqui de- vuis edulibus: nō de vino ex acinis expresso non

in ge:

non enim li-
quores rumi-
nari possunt,
Sed & hæc me-
tonymia in-
solens non est
vinum pro
vuis poni.

*in genere pomorum bene olentiū: quapro-
pter nullum certum genus in exprimenda
oris tui fragrantia a signo, Non exhalat
spiritus oris tui ex pridiana crapula tetrā
mephitim, neq; ex cruditate acidos ructus
eijcit, sed ex concoctione verbi Dei, & so-
brietate animi dulcem pomorum redolen-
tiam spirat. Non est tibi opus malo cido-
neo, quod Solon nouis nuptis adhiberi
voluit, vt vitiū oris castigaretur. Anhelis-
tus enim tu^o dulcissimus est: Gutturq; tuū
quod verbū bonū eructat omnino est sicut
vinum optimum, dignumq; quod recta ad
dilectum mittatur, quodq; non solū primo
gustu placeat, sed tale sit, quod rumina-
tione, quo eius dulcedo diutissimè sentiri
possit, iterum atque iterum repetatur.*

Ego dilecto meo, Ego igitur dilecto
& ad me conuer- meo, & ad me con-
sio eius. uersio eius, pares
sumus in amore.

*Ego tota illius sum, & præter illū nemi-
nem requiro: imò ne Angelum quidē eius
loco recipio, qui populū meum Israhel de-
ducat: illū volo, & præter eum neminem.
& ipse vicissim solam me respicit, non pas-
titur quenquam à me coli nisi se solum.*

Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Græcè* ἔλθε ἀδελφεοί μου ἐξέλθεωμεν εἰς ἀγρὸν & υἱὸς δώματι. *Veni mi patruelis egrediamur in agrum, commoremur i villis.* In Euāg. Lucæ cap. 1. duæ istæ voces ἀγρὸς καὶ οὐλίονται in vnum contrahuntur, καὶ ποιμίνης ἡσάρ ἰν τῇ χωρᾷ τῆ αὐτοῦ τῇ ἁγρᾷ. *λοῦν* is. *Vetus interpres trātulit pastores erāt in eadem regione vigilantes, alii vertūt pernoctantes. Agathius centē ad istum modū. Veni dilecte mi egrediamur in agrum pernoctemus in villis. Beatus autem Ambrosius, veni frater mi exeamus in agrū, requiescamus in castellis: vnde in-*

Veni igitur dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

phetas tuos, & eos quos ad eam misisti. Egrediamur igitur prædicatione in agrū gentilium: exeamus ad seminādum semē, quod nunc in vias, nunc in petram, nunc inter spinas, nunc in bonam terram cadit: cōmoremur in villis, ad pagos paganōsque homines, hoc est ad gentes nos conuertamus: ibi sit longa commoratio nostra, ibi regni tui non erit finis, quod in Iudeis temporarium fuit, videbisque illic quāmlata futura sit diuini verbi propagatio.

Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.

fructus operum parturiant, an qui mysteriis christianiſmi virtutumque operibus clari habentur, etiam pro fide mori parati sint? vt rubeāt studio

Veni igitur dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Urbs Hierusalem turbulenta occidit pro-*

Surgamus cum aurora nouæ gratiæ, videamus an cathedra cumini Ecclesiæ in flore sint, an qui mysterijs initiati sunt, & fide hætenus floruerunt, iam

subeunt li

intelligas non ad breuem excursum sponsum inuitari, sed ad longiorem moram. *Mane surgamus ad vineas si floruit vinea &c. Græcè est ἐξέλθεωμεν εἰς ἀμπελῶνας, ἔλθεωμεν εἰς ἡνδικοσῆν ἄμπελος, ἡνδικοσῆν ὁ κυπρισμός, ἡνδικοσῆν αἰ ῥοαί, diluculemur, hoc est diluculo surgamus ad vineas, videamus si floruit vitis, floruit cyprismos. Est autē cyprismos pullulatio vuarū, aut omnino idē, aut proximū cum gematione. nā & cyprus vna florēs dicitur, vnde & cyprismus, quod vocabulū nullis lexicis Græcis inuenias: atq; ideo cupidius in vsum studiosorū à me annotatū. Priā cura est, vt videant*

deat
an flo
tis, se
ra qui
ipſi
habe
quō
gninu
matu
ad vi
deam
ruerit
aperu
vua p
faciar
mala

Mand
deder
rem
noſtri
poma
veter
mi ſer
Pagni
oſa p
git oī
Agath
Fruct
cherr
cipit
ſe in
chael
drago
amau
rori L
zelot
cubit
riti v
Hanc
ob ra
huma
mā a
Pytha

deat in genere
an floreat vi-
tis, secūda cu-
ra quid spei de
ipsis racemis
habēdum sit:
quāobrem Pa-
gninus vertit,
maturemus
ad vineas, vi-
deamus an flo-
ruerit vitis, an
aperuerit fe-
vua parua, an
faciant flores
mala punica.

Mandragoræ
dederunt odo-
rem in portis
nostris, omnia
poma noua &
vetera, dilecte
mi seruauit tibi
Pagninus pro-
oia poma, le-
git oia dulcia.
Agathius verò
Fructus pul-
cherrimos. Re-
cipit sponſa in
se mores Ra-
chael, quæ mā-
dragoras ita
amauit, vt fo-
rori Lic quāuis
zelotypa con-
cubitus mar-
riti viderit.
Hanc herbam
ob radicem
humane for-
mæ assimilē
Pythagoras vo-

cauit

subeundi martyrij veluti mala punica.

Ibi tibi dabo hu-
bera mea. Man-
dragoræ dederūt
odorem in portis
nostris.

*soboles tibi crescet in mille millia. Man-
dragoræ dederunt odorem in portis no-
stris, omnia poma, noua & vetera dilecte
mi seruauit tibi. Ne vstionū sectionumq;
crudelis immanitas dolore martyres deij-
ciat à constantia, ecce Mandragoræ, quæ
somno omnem sensum cruciatus adimunt,
crescunt pro foribus nostris: in illis est
phyltrum amoris, & propterea Circeia
vocatur, cuius odore tui athletæ & amo-
rem pro te moriendi concipiunt, & som-
no beatissimæ ecstaseos ad sensum doloris
stupent, adeò vt in medijs flammis vide-
antur sibi inter rosas volutari. Mandra-
goræ dant odorem in portis nostris,
quæ introituris in regna cælorū hoc anti-
dotum doloris aspirant.*

Omnia poma no-
ua & vetera dile-
cte mi seruauit tibi.

superiorum annorū poma noua & vetera

*Ibi tibi dabo vbera
mea. Ibi tibi educa-
bo filios spirituales:
ibi vbertate Euan-
gelicæ telluris &
rore cælesti desuper*

*Non solum in gem-
mis & flore spem
fructus videbis,
quin & huius &*

dilecte

cauit *ἐὺθρον*
πρόμορφον,
Columella au-
tem semiho-
minē: ex eius
radice philtrō
fit: datur eius
succus secādis
& vrendis, vt
sopiti nullum
dolorem sen-
tiant, poma il-
lius odorata
sunt, & à qui-
busdam terre-
stria appellan-
tur. Ambro-
sius in tractatu
psal. 18. dicit
foeminas mā-
dragoras esse
grauis odoris.
In vulgatis li-
bris commata
male distincta
sunt, nam post
odorē hypo-
stigma est, quæ
post τὸ no-
stris seq. debet.

Pagnin' vertit,
omnia dulcia
noua & vetera
dilecte mi ab-
scōdi tibi, neq;
id mirū quum
Hebraica vox
ad vtrāq; sig-
nificationem
ambigua sit.
Hieronym' in
primo com-
mentariorū in
Esaïam legit,
Noua & vete-
ra sua-

ta sua-

et mi fratri-
elis seruauit
tibi sine adiu-
tione pomo-
rum aut dul-
cium.

dilecte mi seruari tibi. Inuenies in apo-
sthecis Ecclesie veteres virtutes patriar-
charum & prophetarum, & novos Aposto-
lorum Martyrum & Confessorum fructus.

IN CAPVT OCTAVVM.

Quis mihi det
te fratrem meum
sugentem vbera
matris meae.
Mirum cur est
spiritum (cuius
adultera forma
ita magnifice
descripsit, vt
solos eius ca-
pillos compara-
uerit spadici-
palmarum, &
crura colun-
nunc eum di-
cat vbera ma-
tris sugere.
Sed hoc haud
dubie ad my-
sterium incarna-
tionis pertinet,
vt lactens pro
nobis sit infas-
factus, qui co-
lum maiestate
implebat, &
cui terra pro
scabello pedum
est. Quantum ad
literam, quia il-
lum tenerrime
amat, blandi-
mentis teneri-
maxime aetatis
quasi pusionem
lactentem ap-
pellat.

Quis mihi det te
fratrem meum su-
gentem vbera ma-
tris meae, vt inue-
niam te solum foris,
& deosculer te, &

iam me nemo despiciat? Inuitavi te vt egre-
deremur in agrum, commoraremur in
villis, longe ab oppidanis tumultibus. Vti
nam igitur votum meum fiat, vt te fra-
trem meum quem tam tenerem amo, ac pu-
sionem tenerum adhuc sugentem non alienae
mulieris, sed matris meae vbera deosculer,
quem non solum vteri contubernio, sed &
lactis comunione fratrem habeo. Quis inquam
mihi det, vt ego te foris sine arbitris in locis
solis deosculer, in animi secreto, citra in-
terpellationem secularium negotiorum.

& deosculer te, & Id si mihi contigerit
ita me magnifice
felicem aestimabo,
tametsi haecenus
ancillam tuam humilem, vt putem me a nemine
contem-

Et iam me ne-
mo despiciat,
videtur esse
memor se in
primo capite,
vt denigrata
despecta fuisse,
nunc autem vel
quia illa deco-
loratione abie-
cerat, vel quod
spiritus iudicium
de sua forma
aliorum vitupe-
ratione refu-
tet, vel quod
honor illi in
osculando exhi-
bitus aliorum
obtreccatione
excludat, nihil
tale metuen-
dum putat.

Appa-
te &
in
tris
cubic
nitri
Graec
λν-
ισ α
δ'κον
μου,
τα μ
ου δ
μὲ α
intro
in de
tris n
cella
quae
cepit
sius,
te &
in de
secre
quae
cepit
ter of
ptial
spōsu
sāmn
duci
matr
ita,
men
maxi
Salos
dit a
patri
cuius
serua
mini
his n
sero

contemptum iri, aut conuitium passuram de nigredine, persuadēoque futurum vt beatam me dicant omnes generationes: imitabor patriarchæ Isaac exemplum, qui quum foris meditaretur in agro, occurrentem sibi Rebeccam matrem familias futuram, solenni tum more introduxit in cubiculum matris suæ, idem ego quoque in te factura sum.

Apprehendam te & ducam te in domū matris meæ & in cubiculū genitricis meæ. Græcè παραλήφομαι σε, ἰσθ' ἄνω σε ἐν ὄθρον, κηστῆρος μου, καὶ ἐν ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης. mi assumā te, introducā te in domū matris meæ, & in cellarium eius quæ me concepit. Ambrosius, assumam te & ducam te in domū matris meæ, & in secretum eius quæ me concepit. Olim inter officia nuptialia fuit, spōsum sponsamne introduci ī armariū matris defunctæ, vt supra meminimus, maximè autē Salomon alludit ad amores patriarcharū, cuius rei obseruatio non minimā lucē his rebus adseret.

Apprehēdam te, & ducā in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.

Apprehēdam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: nō tantummodo matris meæ, quum et nutrix & ea quæ adoptiuos liberos habet, & in cuius genibus grauida puella pepererit, et nouerca mater appelletur: non ergo tantummodo in cubiculum matris meæ, sed & genitricis meæ introducam te, quæ me concepit, in vtero gestauit, & peperit: nec inducam te in vestibulum, vel in atrium, aut in loca propatula, sed in penetralia, armariāque genitricis meæ, vt mecum in eadem humana natura habites, nec est quod quisquam ex hoc secessu aut secretis locorū turpia suspicetur. Mibi doctrinam ex te quero, non voluptatem: ibi enim me docebis

docebis non iam patriarcharū verbis, aut Prophetarum vaticinijs, sed tuometipsius ore. Neque tuus erudiēdi labor tanquam in male memore aut ingrata periturus est.

Dabo tibi poculū ex vino cōdito, & mustum granatorū meorū, trāscendit laudes sibi attributas, audierat. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis, siue vt Græce nunquā indigēs mixto, hoc est vino aquis temperato, nunc autem offert vinū nō mixtū aqua, sed conditum aromatibus: nec mustum ex vuis, sed ex granatis, & quid vicissim pro istis officijs petat statim subiungit, læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.

Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

confectum. Dixisti paulò ante vinū, gutturis mei esse optimum, dignum dilecto ad potandum, labijs dentibusque illius ad ruminandum, tale vinum tibi propinabo, conditum temperatūque ex intellectu literæ, & interiori sapore spiritualis sententiæ. Accipe igitur mustum hoc, non ex Iudaica vite collectum, quæ in labruscam degenerat, cuius vua, vua fellis, & botrus amarissimus, vnde non vinum sed fel draconum conficitur, quod inebriat de calice Babilonis omnes peccatores terræ. Bibe igitur mecum de calice sanctæ hilaritatis, quoniam præclarus est. Dixisti superius, Comedite amici, et bibite, et inebriamini: nunc mee partes, mee vices sunt, vt te denuo ad spiritualementem computationem pro nocem. Sed bene quod tecum sancta ista consolatione inebrior, quæ mihi dulcem
soporem

Dabo enim tibi poculum ex vino condito, & mustū granatorum meorum, non ex alienis, sed ex meis fructibus

Læua
capite
& dext
ample
me. T
ista pu
mit. A
istū tr
somnia
tinere
noctū
ture d
cē, fau
dilect
stæ fu
& tran
simæ
uinaru
templ
aitq;
Eccle
iuo v
Hieru
suscite
nec ip
vt int
nō for
poris,
uitis
nit, &
relinq
volun
rungs;
cessita
pitu
tem
ment
riam.

Soporem adducit. Cupioque me in lectulo pacis & veræ tranquillitatis componere, sed tamen vt in vlnis amplexuque tuo recumbam. Male enim mihi cessit superior secubatio, quâ de nocte te querens in grassatores incidi.

Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Tertio iâ ista puella dormit. Arbitror istû triplicatû somnum pertinere ad tri-noctiû sepulture domine, fauet igitur dilectus dilectæ suæ quieti, & tranquillissimæ rerû diuinarum contemplationi, aitq; ad filias Ecclesiæ. Adiuo vos filiæ Hierusalê ne suscitatis do- nec ipsa velit, vt intelligas nō somnū corporis, qui & inuitis superuenit, & inuitos relinquit, nec voluntate plerung; sed necessitate accipitur, sed quietem animi & mentis theoricam.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuo vos filiæ Ierusalem, ne suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectâ, donec ipsa velit.

miâ & requiescam. Neque euigilare faciatis dilectâ donec ipsa velit. Nolite turbare eius necessariam quietem: non sunt immaturè præoccupanda vigiliarum tempora. Est tempus dormiendi, est tempus vigilandi: est tempus amplexandi, & tempus abstinendi ab amplexibus. Non recumbit super genua Dalidæ, vt comas virtutû amittat, & tradatur Philistinis. Nolite molestè ferre in ea ocium corporis. Somnus iste corporis est, nō animi. Quapropter nec suscitatis eam, neque

Læua igitur eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Dextera eius in qua est iustitia, & sinistra eius in qua est longitudo dierû, & diuitiæ, amplexabuntur me, vt in pace in idipsum dor-

Quæ est ista
quæ ascendit
de deserto de-
licijs affluens,
innixa sup dile-
ctū suū? Am-
brofi? Quæ est
ista quæ ascen-
dit dealbata
innitens super
fratrem su-
um: ita bea-
tus Augusti-
nus legit, ita
quoque ipse
Hieronymus
ad Eutochiū
vtpote deter-
sa fuligine deco-
lorationis iā
candida facta.
Origines in
cantica canti-
corū legit, in-
nixa super pe-
ctus eius.

aliena opera euigilare faciatis, sedet illa
quidē ociosa, vt Magdalena, ad pedes Do-
mini, sed tamen mens eius in ocio non est:
Attollite igitur oculos, & videte quid in
spiritu agat. Quum ergo diligenter cir-
cumspicerent, vident eam quam putabant
dormire, ex deserto ascendere, quam re-
cumbere, erectam insistere, quam com-
plexibus foueri, innixam dilecto proce-
dere. Dicunt igitur præ admiratione
quasi nequaquam eadem esset, quam so-
pitam existimauerant.

Quæ est ista, quæ
ascendit de deser-
to, delicijs affluēs,
innixa super dile-
ctum suum?

Quæ est ista, quæ
ascendit de deserto,
delicijs affluens, in-
nixa super dilectū
suū? Primū vt vir-
gula fumi, secundo

vt aurora, tertio vt delicijs affluēs innixa
dilecto suo, de Deserto ad cælū ascēdit, &
humanā naturā antea in desertis sine vlla
virtutū fœcunditate iacentem, viribus di-
lecti sustentata, ad sydera euehit: nec pa-
radiso, vnde exulabat, sed cælo restituit.
Mirantur igitur beati spiritus humanam
naturā, antea miserijs afflictam, nūc de-
licijs affluentem, antea humi in peccatis
iacentem, nunc in carne Christi sublima-
tam è terris ad cælos ascendere. Illa igitur

NON

Sub
malo
ba pu
ad dil
vt ex
cis
tion
ceru
inclu
tellig
Indic
puell
perue
lecto
clau
tio q
quod
ptuag
latio
patet
λογ
σι, κ
υησι
τις
ωδ
τιχο
Sub
mal
te, ibi
uit t
tua, il
riuit
trix t
aliter
nus: f
fuscit
peper
cepit
genu
ferè
Agat
arbor
excita
peper
ter tu
turiu

Sub arbore malo etc. verba puellæ sunt ad dilectum suum, vt ex hebraicis coniugationibus, quæ certum sexum includunt, intelligi potest.

Indicat autem puella se superuenisse dilecto, in conclau natalitio quiesceti, quod ex septuaginta translatione clarè patet ὑπὸ μᾶλορ ἰξήγειρά σ, ἰκεῖ ὠδ' ὄυ νησέ σε ἢ μιν, τῆρ σου, ἰκεῖ ὠδ' ὄυ νησέ σε ἢ τικουσα σου.

Sub arbore malo excitauit te, ibi parturiuit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix tua. Neq; aliter Pagninus: sub malo suscitauit te, ibi peperit, ibi concepit, quæ te genuit. Eodè ferè modo Agathius. Sub arbore pomo excitauit te, ibi peperit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix

nitrix tua. Ambrosi' autem ad istum modum. Sub arbore malo eleuauit te, illic parturiuit te mater, illic parturiuit, quæ te peperit. In Latinis autem dicitur, ibi corrupta est mater tua, quod conceptu proliis humano more in speciem videbatur eius uirginitas corrupta, deinde ibi violata est genitrix tua, quod ædendo primogenitum secundum naturam cursum videbatur claustra pudicitie violata esse.

non quemadmodum Hester ancillarum humeris, non quemadmodum rex Syriæ Benadab satraparum manibus, sed ipso domino sustentata dulci recordatione, & amantibus solenni, acta quedam superiorum temporum repetit, narratque suam erga dilectum fiduciam, quomodo eum non solum in matris suæ cubiculum receperit, sed vltro in maternum eius cubiculum irrupit, & quiescetem inibi excitauerit, ait igitur.

Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua: sub arbore malo, quæ & hominibus violandi mandati, & occasionem tuæ natiuitatis dedit, suscitauit te. Quiescebas tu quidem sub hac arbore preuaricationis, quasi inter ocia negligentiæ nostri, abdicatis propemodum (vt videbatur) rerum humanarum curis, eo quod iratus esses inobedientiæ nostræ: sed audiens has miseras complorationes: exurge domine, quare obdormis domine, & obliuisceris in finem? excitatus es tandem, & homo factus es, vt deitatem, quam nobis frustra in esu pomi captaueramus, in tuâ

O ij humana:

humanitate obtineremus, ac proinde in cubiculum genitricis tuæ per assumptionem humanitatis nostræ ingressa sum, ubi matris tuæ virginitas cōceptu prolis, non quidem Dei oculis, sed hominum existimationi corrupta videbatur: ubi in ædēdo filio primogenito, primum vterum laxante integritas genitricis tuæ claustraq; pudicitie putabātur violari: quanq̄ porta illa Ezechielis vaticinio clausa, nūquam adaperita fuerit. In hoc cubiculum tibi charissimū, quia natalitium irrupi. ibique tecum homine iam facto in vnā personā coalui, Quum igitur vnum simus, & nihil disjungat animos amorēque nostros, vt in omnibus cogitationibus tuis mei memoria interueniat,

Pone me vt signaculū super cor tuū. Non quoduis signū, qualis est imago, aut statua, aut alterius generis monumētū, sed characterē quem annulus in cetera exprimit, intelligi debes. Græcè enim est *θισ με σφραγίδα* *ἰωτ̄ τῆς καρσ* *Αἰαμ̄ σου.*

Pone me vt signaculū super cor tuum, & signaculum super brachium tuum.

signaculum super brachium tuum. Quicquid cogitabis, quicquid facies nostri dilectio tibi occurrat. Habet summus pontifex rationale in pectore cum nominibus patriarcharum, habet & in superhumerali, vt nunquā illi desit, nec in operādo,

pone me vt signaculū super cor tuū: rursus vt mei recordatio omnibus tuis actibus præsens intersit, pone me vt

nec in

Quia
mor
Græc
καρ
δέν
πικρ
αὐτ
λαο
val
mor
duru
zelu
ligas
& q
se, &
pia i
lem
La
lam
nis,
λαμ
cem
gore
cat,
gite
oleo
stor

nec in cogitando tribuum suarum memoria. Idem à te qui pontifex es in æternum secundum ordinem Melchisedech requiro. Non mihi satis est, me esse annulum in digitis tuis, quum per prophetam dixeris te Iechoniam, etiã si annulus sit in digitis tuis, abiecturum. Exopto igitur signum mei, non alibi quàm in pectore tuo & brachijs consistere. Recordatus es Noe in diluuiò, sed post quadraginta dies, dedisti illi signum, non in te, sed in nubibus cæli. Recordatus es Loth, sed sub ipsam Sodomorũ subuersionẽ. Si signum sim in corde tuo, & in brachijs tuis, non sub ipsa pericula, non in ipsis periculis, sed diu ante pericula mei recordaberis. Cupio quodammodo tuũ pectus imagine mei obsignari, ne quisquã præterea tibi in mentem veniat, cupio effigie vultus mei tua brachia obsignari, ne illa vlli præterquã mihi ad complexum pateant. Ingentia postulo, sed quid moderati in dilectione.

Quia fortis vt mors dilectio, Græcè est ὄντι κρείται ὡς θάνατος ἀγάπη, σκληρόσ ὡς ἄδης λῆσ, quoniam valida sicut mors dilectio, durus vt orcus zelus, vt intelligas amorem & quiduis posse, & in zelotypia implacabilem esse.

Lampades eius lampades ignis, græca vox λάμψω lucem siue fulgores significat, ne quis cogit lychnos oleo instructos.

Quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Lampades eius, lampades ignis atque flammularum.

Quia fortis vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Tam enim indomita res amor est, quã ipsa mors, que omnia domat. Tam

O iij dura &

dura & in exorabilis æmulatio, quàm ipse infernus. Verus amor ponit animam suam pro amicis suis, & inter lapidationes, naufragia, nuditatem, supplicia Paulina voce exclamat, quis nos separabit à charitate, quæ est in Christo Iesu. Aemulatio rursus & zelus qui vel iniurias amati vel amoris persequitur, nullis precibus inflecti potest. Mactat Helias quadringētos quinquaginta sacerdotes Baal, neque ullius misericordia commouetur. Occidit Petrus Ananiam & Zaphyram mentiētes spiritui sancto. Interficat Moyses adoratores vituli, nec cognati sanguinis interitu à vindicta reuocatur. Impatiens iniuriæ amor, & omni conatu in ultionem incumbit. Zelus enim & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquã precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Siquidem lampades eius lâpades ignis atq; flâmarũ. Lucẽ suã habet ignis, lucẽ suã habet & charitas, nec sub modio cælari potest. Cõburit ignis, cõburit & charitas, et carbones cõgregat sup caput inimici, vt ille beneficijs victus velit nolit redamare cogatur. Non fatigatur ignis ardēdo, nec amor bene faciendo, qui & bene meretur de male merentibus, & pro persecutoribus preces fundit.

Aquæ

Græ
 ω J
 ευρ
 σιρ
 fluu
 clud
 sed p
 dum
 dice,
 ευρ
 σιρ
 hoc
 dabu
 nym
 chiel
 mult
 terit
 re ch
 & flu
 deme

Si de
 mo o
 stant
 sue
 cent
 si dic
 culta
 Græ
 Jō &
 Jæ r
 & r
 rit ho
 nem
 ita en
 pella
 inter
 dem
 tu vi
 cabu
 quoc
 sublt
 nota
 lecto
 biẽ t
 dilec
 eli.

Græcè est και
 ὡσαυτοῦ
 συγκλίσεως
 συμᾶν, &
 flumī nō con-
 cludent eam,
 sed puto men-
 dum esse in co-
 dice, & legēdū
 συγκύσεως
 συμᾶν, hoc est
 dabunt. Hiero-
 nymus in Eze-
 chielem, Aqua
 multa non po-
 terit extingue-
 re charitatē,
 & flumina nō
 demergent eā.

Si dederit ho-
 mo omnē sub-
 stantiā domus
 suæ. Magnifi-
 centius quā
 si diceret fa-
 cultates. sic &
 Græcè est ἡ
 ἰσὸν ἀνὸρ πᾶν
 ἴα τὸν σὺν
 κῦρ. Si dede-
 rit homo om-
 nem vitā suā,
 ita enī illi ap-
 pellant victū:
 interdū in eo-
 dem significa-
 tu vitū vō-
 cabulo ἐνοίας
 quod propriē
 substantiā de-
 notat. Pro di-
 lecto haud du-
 biē figuratē
 dilectio posita
 est.

Aquæ multæ nō poterunt extin-
 guere charitatem,
 nec flumina ob-
 ruent eam.

Sed hoc discriminis est, quod ignis infusione aquarum pe-
 reat: charitatē autē multæ aque ex-
 tinguere nequeant,
 nec flumina eā obruere possint. Retinuit
 Ionas amorē Dei in vētre ceti per maria
 discursantis, nec refrixit charitas Pauli
 sub vudis naufragij. Multa aqua infusa
 erat victimis Helie, circumquaque fossæ
 natabant vudis, non tamen illa cælo des-
 lapsa flamma diuini amoris extingui po-
 tuit, illa aquas non minūs quā holocausta
 depascebatur. Non possunt igitur
 flumina obruere charitatem, que & in
 rubo sine materia ardet, & in aquis flam-
 mas alit.

Si igitur dederit
 homo omnē sub-
 stantiam domus
 suæ pro dilectio-
 ne, quasi nihil de-
 spiciet eam.

Si igitur dederit ho-
 mo omnē substan-
 tiam, non suam tan-
 tummodo, sed totius
 familiæ pro dile-
 cto suo, quasi nihil
 despiciet eam, di-
 cetque cum Paulo. Quæ mihi fuerunt lu-
 cra, hæc arbitratus sum propter Christū
 detrimēta, et pro stercorebus estimavi, vt
 Christū lucrifacerē. Contempsit Rebecca
 amplexum

amplexum matris, charitatem fratris, domum paternam, & relicta patria ad sponsum properauit. Nec graue fuit Lia & Rachaeli, clam à patre cum marito profugere. Neque tu solum dilectissime patruelis omnem substantiam domus tuæ, sed quum in forma Dei esses, temetipsum exinaniuisti, ut ad nuptias nostræ humanitatis peruenires. Quid igitur restat, quàm ut ipsa quoque deposita omni magnificentia animi, & tumore fastus memetipsam exinanire incipiam, ut paruula efficiar in oculis tuis. Dilectus igitur humilem suæ dilectæ animum, ipsamque iam planè ut paruulam effectam respiciens, ut per angustum foramen acus in regnum cælorum intrare possit.

Soror nostra parua. Cuius verba sint ad dubitatur, patruelisne, an foetalium patruelis, putantium adultâ ætatē puellæ ad nuptias expectandam esse, nunc quia nondum vbera habeat superferendū esse, atque ita ferè Ambrosi^o interpretatur. Nos autè maluimus ad verba patruelis referre, ut magis dialogismi tenor cõstaret, nec enim nos magnopere cõmouet pronomen nostra additum sorori, quod frequentissimè pro mea usurpari solet per *αλ. λοςωσιμ* numeri.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet.

Soror nostra (inqt) paruula est, & vbera non habet. Me illa nominauit fratrem suum, sed paruum, & tenerum, & adhuc sugentem vbera matris ipsius: his tenerrimæ ætatis blandicijs in me appellando vsa est, neque id mirum, quum dissimulata forma diuinitatis in speciem infantis me exinanijssem: ipsa quoque quum sit domina gentium, princeps prouinciarum in humilem ancillam, & paruulam

se com:

Qu
for
in d
allo
Syn
die
que
Si
æd
per
gna
An
legi
est.
sup
cul
est,
sup
bul
nas
ter
om
ren
mè
è t
ò ik
mè

se attenuauit . Dico igitur soror nostra paruula est, et in argumētū parue ætatis, allego conditionem corporis nondum pubescentis, assero que eam nondū vbera habere . Paruula enim in initio eras in milibus Iudæ, tu mea Bethleem catholica Ecclesia, nec ante aduētum Spiritus sancti vbera habebas multijugæ eruditionis ad alendum fœtus tuos. Sed quia breui futurum est, vt adultis vberibus accepto Spiritu sancto nuptijs idonea sis, consulo sodales meos.

τὴν ἰσαλφεῖς
ἀργυρᾶς, καὶ
ἰθὺρα ἔστ'
διαγρᾶ. Ἰομῆρ
ἰπ' αὐτῆρ σαο
ἰδα κτεδρῆς
vnr. Si murus
est, ædificabi-
mus super eā
propugnacula
argentea, si ia-
nua est, depin-
gemus, siue de-
sculpemus, si-
ue leuigabim'
super eam ta-
bulam cedri-
nam.

Quid faciem'
sorori nostræ
in die quando
alloquēda est,
Symmach' in
die quādo allo-
quentur eam.
Si murus est,
ædificemus su-
per eū propug-
nacula, &c.
Ambrosius sic
legit, Si murus
est, ædificemus
sup eū recepta-
cula: si ostium
est, sculpamus
super illud ta-
bular cedri-
nas, Græcā in-
terpretationē
omnino refe-
rens, aut proxi-
mè alludens
ἐπι τοῦ ἰσῆρ
δικοδομησοῦ
μῆρ ἐπ' αὐτῶ

Quid faciemus
sorori nostræ in
die quando allo-
quēda est. Si mu-
rus est, ædificem'
super eū propug-
nacula argentea,
Si ostiū est, con-
pingamus illud
tabulis cedrinis.

cisci, an domi manere & consensescere in
virginitate: & in vtrāque partem consi-
lia capiamus, & votum illius siue virgi-
nitatis, siue nuptiarum adiuenemus. Si
murus esse velit, qua nusquam aditus li-
bidini patet, ædificemus super hoc propo-
situm

Quid faciemus so-
rori nostræ in die
quando alloquenda
est. Prius inter nos
conueniat, quid
de puella fieri oporteat,
antequam il-
lius voluntatē sci-
scitemur, velit ne cū
Abrahæ legato ad
nuptias Isaac profi-

situm æternæ virginitatis argentea pro-
 pugnacula sanctissimorum præceptorum,
 quæ eius integritatem procul defendant,
 & à muro pudicitia impudiciã arceant.
 Sin autem ostium est, & vsui coniugali
 patere velit, demus operã, vt quàm hone-
 stissimè nubat, conficiatur id ostium ta-
 bulis cedrinis, offeramus illi delectũ præ-
 stantissimorum virorum, eligatur maris-
 tus, cuius cura & tutela ostium illud con-
 texatur, vt cæteris omnibus, eo vno exce-
 pto, sit obseratum. Cæterum illa non alter-
 utrum, sed vt castissimam & Deiparam
 virginem decuit, vtrunque exoptat, &
 de se consultantibus ita respondet.

Ego murus, &
 vbera mea sicut
 turris, ex quo fa-
 cta sum coram eo
 quasi pacem repe-
 riens.

Ego (inquit) mu-
 rus, & vbera mea
 sicut turris. Non
 est, quur vt par-
 uula & adhuc sine
 mammis à nuptijs
 reijciar. Vbera enĩ

mea sicut turris, quæ non ad alendam, sed
 etiã ad defendendã prolem sufficiũt. Non
 est, quod de proposito virginitatis meæ he-
 sitetis, murus sum, et planè sine ostio, quo-
 niam virum non cognosco. In nuptijs sine
 nuptiali vsu versor: solumque id mihi das-
 tum, vt in coniugio virginitatem reti-

nerem

Vi
 fuit
 in e
 be
 Gra
 l'op
 r'õ
 y'p
 vine
 lom
 Beel
 San
 nus
 ham
 nym
 alle
 prop
 na i
 mu
 res n
 scur
 fert
 gue
 exin
 qu
 vine
 riã i
 neat
 ilt
 lum
 los
 tur
 eã
 vir
 fruct
 arge
 com
 amp
 erat
 ferti
 ex e
 bus
 tes
 ad n
 cult

Vinea igitur fuit pacifico in ea, quæ habet populos. Græcè ἀμπελὸν ἰγενήθη τῷ Σολομῶνι ἢ Βεελαμόν vinea fuit Salomoni in Beelamon: vt Sanctes Pagninus in Boalhamon. Hieronymus studio allegoriæ bis propria nomina in ἰτυμὰ mutauit, quæ res multū obfcuritatis adfert ignaris lingue. Vinea ista eximia est. Nā quum omnis vinea allegoriā in se contineat populi, ista nō populū, sed populos complectitur. Tradidit eā custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Prior commēdatio amplitudinis erat, secunda fertilitatis: sed ex eius fructibus, sextæ partes decidūt ad mercedes custodū. Cæterum

nerem & ex virginitate prole obtinerem. Easque dotes consecuta sum, ex quo vt Hester apud Assuerum, vt Abigael apud Dauidē, gratiā & pacē in oculis Salomonis pacificatoris inueni. Sunt quidē huic pacificatori (qui meas mamillas botros appellauit) innumera vinea, sed vna est præcipua, & admodum fructuosa.

Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos, tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

quem pacem inueni in Beelamon, hoc est quæ habet populos plurimos, quum ille latissimè dominetur, quippe qui in Idumæā extendat calceamentum suum, Moabitas habeat pro olla spei suæ, & à mari vsque ad mare regni eius pomeria extendantur, & hæc populosissima vinea tanti emolumēti est, vt singuli vindemiatores pro fructu dependant mille argenteos.

Vinea mea coram me est.

ne custodes isti aliquando pensiones istas

Vinea enim fuit pacifico, in ea quæ habet populos, tradidit eā custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea fuit pacificatori meo, apud

Est quidē pretiosa & fœcunda vinea dilecto, sed videat

P ij inter

terum mea vinea nihil de suis fructibus in custodes deducit. Vinea enim mea coram me est, ipsa eius custodiam subeo, nec alienis oculis illam cōcredo, Quāobrem ex alijs vineis mille tui o Pacifice, nō vt vulgo legitur pacifici. Sic & Sanctes Pagninus: Mille tibi o Selemoch. Agathius itē Mille tibi Selemo. Græcus articulus τὰ Σολομῶνι indicat legendū, mille tibi pacifico, hoc est Salomoni.

interuertant, & nō solum nuncios patrisfamilie, sed etiam ipsius filium occidant: mea autem vinea alienae custodie non mācipatur, ipsa ego eam meis oculis seruo. Vineam meam corā me est. In principio carminis istius dixi, non custodiui vineam meam, nunc ex quo nigredinem deposui peccatorum, vineam in oculis meis semper habeo, nec opus mihi custodibus est, qui sextas auferant pro labore. Quicquid mēs ista fructuum gerit, totum & integrum sine diminutione, sine partiaro ad cellam Domini deportabitur. Ex vinea autē tua,

Mille tui pacifice,

& ducenti, his qui custodiunt fru-

ctus eius.

centi pereunt in mercedibus custodie.

Quinque tu quidem partes vt Benjamin accipis, sed & custodes singuli singulas partes auferunt: mea autem vinea cū omni suo emolumēto tota tua est. Nihil enim vt Ananias & Zaphira inde in meos vsus decido, Sunt tibi regina, sunt concubinae, & adulescentularum non est numerus, sed illae sub eunuchis magno sumptu & cura asseruantur. Ego autem filia liberae, non ex ancilla Agar nata,

non

Legendum est vt statim admonuimus, mille tui pacifice, vel mille tibi pacifico, non pacifici.

mille tui pacifice, & ducenti, his qui custodiunt fructus eius. Mille quidem percipis, sed du-

Amici
tant, fa
dire vo
que ha
hortis
etiam
ethnic
ri con
erāt.
ista sp
in hor
est. Du
oblect
paradi
rem in
tiam
repres
Ambr
git: Q
in ho
aliqua
rem t
si sp
hortis
tet: n
Symn
& Aq
tus,
dicit
habita
mirū
brofi
riare
runq
gint
tatio

non seruo, non obedio eunuchis & paedagogis, ipsa me ipsam seruo, quæ custodia longè optima, quum facillimè aliorum oculi & conscientiæ fallantur, nostros oculos, nostram mentem fallere nequeamus. Tam dulci responso puellæ delibutus sponsus obsecrat dilectam, vt gratiam gratiæ addat, & quum hæctenus dulcissimè sit loquuta, nunc verborum dulcedinem cantu & modulationibus vincat.

Amici auscultant, fac me audire vocè tuâ, quæ habitas in hortis. Horti etiam apud ethnicos amori consecrati erant. Amatrix ista spiritualis in hortis, hoc est, Dei amore oblectatur & paradisi veterem innocentiam moribus representat. Ambrosius legit: Qui sedes in hortis, & aliquandiu ita rem tractat ac si sponsus in hortis habitet: mox tamè Symmachum & Aquilâ secutus, sponsam dicit in hortis habitare, nec mirû est Ambrosiû ita variare, qui plerumq; septuaginta interpretatione sequitur.

Quæ habitas in hortis, amici auscultât, fac me audire vocè tuam.

Quæ habitas inquit in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.

O quæ colis paradisiam vitam, hortulana mea, quæ iam comedis de arbore vitæ Adamo negata. fac vt nunc audiam vocem tuam: non surdis cantatura es, adsunt amici qui libenter audiant ex te hymnos Sanctorum, & preconia Euangelij, qui non vt aspides, surda aure voces tui psalterij excipiant.

Ceterum illa iam cælum suspirans, saturaque rerû mundanarum, cupit dilectû suû cû nostra humanitate in cælum ascendere, quo & ipsa cû eo ibidè, quàm primû regnet, Cantat igitur canticum valedictionis, & res humanas longum valere iubet.

tur, quæ talis est *ὁ καθύπερθε* vos *ἐπ' ἡνωθίς*. Qui sedes in hortis, quod prorsus ad masculû spectat. Quod si recipim', pulcherrima est mutua rerû compensatio. Sponsus enim antea dixit. Sonet vox tua, in auribus meis, vox enim tua dulcis etc. bene igitur sponsa ex lege Amœbæi carminis, cui' in hoc opere mira obseruatio est, vicem reponeret, si diceret: amici auscultant o sponse. fac me audire vocem tuâ, sed de eare Hebræi viderint.

III PARAPHRASES ET SCHOLIA FIN.

Fuge dilecte mihi, & esto similis caprea hinnuloque ceruorū. Principio carminis dixerat, trahe me post te: iā quia sequi potest, fuge inquit dilecte mi & eodem cursu quo ad me venisti, mecum hinc discedas, similisque efficiare caprea hinnuloque ceruorum: nō enim cupit ad flumina Babilonis, sed in excelsis apud choros angelorum hymnū illū Ἕσθ' ἁγίων canere Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Fuge dilecte, assimilare caprea hinnuloque ceruorū super mōtes aromaticum.

Fuge inquit dilecte assimilare caprea hinnuloque ceruorum super montes aromaticū. Quo tempore primum ad me

veniebas saliens in montibus, transiliens colles, & è summo cælo esset egressio tua: quum exultares vt gygas ad currendam viam tuam, & ad humanitatem nostram descenderes, dixi te similem caprea hinnuloque ceruorum. Nunc rursus eadem celeritate cælos repete, ascendāsque cum iubilo, captiuam ducens captiuitatem: fuge hinc ad dextram patris, similisque esto caprea hinnuloque ceruorū, vt post expletam assumptæ humanitatis œconomiam, ibi tecū bibā vitinū nouū de genimine vitis æternæ.

F I N I S.



LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
ART AND HISTORY
OF THE
CITY OF
NEW YORK



